

oo 25



Nr.	Proficiles	
1	Braun	De usufructus parentum in bonis liberorum fundamento.
2	Carrach	- juris f. & g. differentis in peculio filiorum-famil.
3	Krause	- pecunia usufructu.
4	Loachim	- donis baptismalibus.
5	Domasius	- hypotheca tacita propter pecuniam usufructu.
6	Tenzel	- restricta liberorum dispositione in pecunia usufructu.
7	Simon	- jure patronorum.
8	Schelwig	- patronis matrimonij.
9	Willenberg	- patronorum erga filios muneris.
10	Strecher	- pecunia usufructu.
11	Ladovius	- pecunia usufructu.
12	Rhode	- tutoris datione.
13	Beyer	- tutorum & curatorum differentia.
14	Henne	- tutela legitima irregulari matri & avia compd.
15	Weitzh	- cura et tutela.
16	Kowalewsky	- tutelae naturalibus.
17	Hohesjel	- tutore in locum testamentarii a ^{magi statu} tutore dando.
18	Legler	- tutela culpabili.
19	Romanus	- tutelae personarum illustrium
20	Engau	- poenis in tutore petendo negligentium.
21	Knorr	- tutela pactitia Romanis introducta
22	Reinkhardt	- tutela pact. q. non recognita
23	Benecih	- tutela pact. tam jure R. quam I. fundata.
24	Xantropitz	- fictitio usu tutelae pactit. jure R.
25	Krause	- pecunia a pupillo sine tutoris auctoritate soluta damno credit. pereunte.

- | | | |
|-----|------------|---|
| Nr. | Loepdes | |
| 26. | Thomafius | De culpa ab heredibus tutorum praestanda. |
| 27 | Amelin | - Salario tutorum. |
| 28 | Thomafius | - Singularem aequitate leg. in. C. quando sup. tit. pp. |
| 29 | Otto | - perpetua feminarum tutela. |
| 30. | Heinricus | - marito tutore & curatore uxoris legitimo |
| 31 | Kaestner | - marito administratore bonorum uxoris
minorum |
| 32 | Goehner | - tacite prescriptionis contra minores
Suffragane. |
| 33 | Wittenberg | - Jure ultimi generis suad. |

I. N. J.
DISPUTATIO JURIDICA,
DE

PECUNIA LUSTRICA,

Vulgò
Bevattern-Geldt /

Quam
DEO CLEMENIER ADJUVANTE
SENSU MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS
IN INCLYTA UNIVERSITATE ROSTOCHIENSI,
PRÆSIDE

VIRO Magnifico, Nobilissimo & Excellentissimo,

DOMINO
D. GEORGIO RADOVIO,

Jcto ac Antecessore famigeratissimo, Universitatis
hujus p. t. Rectore, Jurid. Facult. Decano, & Nobi-
lissimor. Statuum Provinc. Mecklenburg,
Syndico meritissimo,

DN. PATRONO ac PRÆCEPTORE *semper de venerando,*
Publicè proponit

JACOBUS Sembke / Rostoch.

In Auditorio Majori ad diem 22. Februarij
Anno 1702.

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Universit. Typogr.

Distinctione Juris

PECUNIA IURIS

Distinctione Juris

Distinctione Juris
Distinctione Juris
Distinctione Juris
Distinctione Juris
Distinctione Juris

Distinctione Juris

Distinctione Juris

Distinctione Juris
Distinctione Juris
Distinctione Juris
Distinctione Juris
Distinctione Juris

Distinctione Juris


Distinctione Juris

Distinctione Juris

Distinctione Juris
Distinctione Juris
Distinctione Juris
Distinctione Juris
Distinctione Juris

Distinctione Juris





I. N. J.

CAPUT PRIMUM.

DE

DEFINITIONE VERBALI & REALI.

§. I.

Pecuniæ vocabulum à pecudibus, sive pecoribus derivari communiter asseritur; Idque vel idèo, quia primis temporibus de corio pecudum nummi incidebantur & signabantur, propter ignorantiam fortè æris tractandi. Postea verò à Saturno primum æneus nummus inventus & signatus dicitur, quapropter ipsi etiam ærarium à Gentilibus fuit consecratum: Deinde quoque nominatim Servius Tullius Rex Romæ æreos nummos percussit, & quamvis non multò post argentea atque aurea materia in nummis cudendis veteres uterentur, tamen pecuniæ vocabulum ab ea materia, quæ cepit, nomen retinuit. *Isidor. lib. 16. Origin. cap. 17. Covarruv. Tom. 2. de veter. numismat. solution. c. 1. in princ.* Vel idèo à pecudibus dicitur, quia veterum tam Romanorum, quam aliarum Gentium divitiæ atque facultates in pecudibus maximè consistebant, omniaque necessaria, fundos, domos, esculenta & alia sibi ijs comparabant, quò etiam factum, ut à majori parte divitiarum in pecudibus, totum suum patrimonium peculium appellarent. *cap. Totum caus. 2. quest. 3. Columell. lib. 6. in prefat. Isidor. in*

A 2

Origin.



Origin. d. l. Idque non solum Homerus confirmat, qui toties pecorum, & boum meminit, quibus vina, arma & alia necessaria populi sibi compararunt, quod in *l. 1. ff. de contrab. empt.* allegatur, sed etiam *Plutarchus*, qui in *Publicola*, tradit, quod ijs, qui ius sibus Consulum non parerent, olim multa, quinque bobus & duabus ovibus valens, fuerit dicta; causam hanc addens, quod infrequens tum temporis esset apud Romanos nummi usus & ut loquitur Imperator in §. 7. *Inst. de injur.* magna veterum paupertas, & pecudibus atque armentis omnia censerentur; Postmodum igitur, cum veteres viderent, maximam difficultatem in hac præcipue pecorum, & aliarum rerum, permutatione esse, utpotè cum non semper occurreret, ut unus haberet, quod alter desideraret, & vice versa, propterea invenerunt materiam, cujus publica ac perpetua æstimatio permutationem hisce difficultatibus subveniret *l. 1. pr. ff. de contrab. emptio.* & in recordationem & signum difficultium antiquarum commutationum, ac divitiarum in pecudibus consistentium, illam ipsam materiam initio pecudum formam percusserunt, & vel bove vel ove vel sue signarunt. *Plutarch. in Publicola. Plinius lib. 33. Natural. Hist. cap. 3. Pontanus lib. 3. Progymnas. 22.* quapropter ipsa tanquam nova res, nomen hoc sortita est, *Vid. Johan. Baptista Casalius de Antiq. Romanor. Ritib. cap. 17. Gæddus ad l. 4. ff. de Verbor. Signific. n. 3. §. 12.*

§. 2. Sumitur vero Pecuniæ vocabulum potissimum, vel generaliter vel specialiter vel specialissimè. Generaliter denotat omnem Rem, quæ in patrimonio alicujus esse potest, non tantum corporalem, mobilem & immobilem, sed etiam incorporalem & sic jura obligationum, servitutum, hereditatum & similia. *can. Totum caus. 1. quest. 3. l. 4. l. 33. l. 88. l. 97. l. 178. l. 222. ff. de verbor. Significat ibique Gædd. d. l. 1. §. fin. ff. de calumniat. l. 1. §. 1. §. 6. ff. §. l. 2. in fin. principij C.*
de

de pecunia constit. Carpzov. part. 3. *Jurispr. Forens. Const.* 13. de fin. 34. *Conan. lib. 10. cap. 5. num. 1.* Idem confirmat D. Augustinus de fide Christiana; totum, inquit, quicquid homines habent in terra, omnia quorum Domini sunt, pecunia vocatur. Specialiter accipitur pro re fungibili, quæ pondere, numero & mensurâ constat, quarum altera alterius vice ita fungitur, ut quis videatur idem recipere, quod dedit, l. 2. ff. de reb. credit. ita potissimum venit in contractu mutui, quia enim id in alijs rebus, quàm quæ pondere, numero & mensura constant, non consistit, in pluribus autem quam in pecunia numerata pr. *Inst. quib. mod. contrab. obligat.* necesse erit, ut dicamus, pecuniæ verbum in ea materia simpliciter positum, ad res tales fungibiles referri, uti evidentissimè demonstrat, l. 2. § 3 ff. de reb. credit. eodem quoque modo in materia ultimarum voluntatum quandoque accipitur, uti patet ex l. 30. ff. de legat. 1. in princ. Specialissimè denotat solummodo nummum, sive æs, aurum argentumve signatum, quæ notatio frequentissima est, & obtinet etiam in Materia Senatus-Consulti Macedoniani, ubi filiusfamilias aut pater ejus regulariter non potest uti exceptione, nisi nummi aut pecunia numerata à creditore mutua data sit §. 7. *Inst. quod cum eo, qui in alien. potest* l. 7. §. 3. junct. l. 1. pr. l. 3. §. 3. ff. ad SCtum Macedon. Zanger. *Tract. de Except. part. 3. cap. 12. num. 12. & 13.* Duaren. in *Comm ad ff. de SCto Macedon. cap. 1. in fin.* Imò in Emptione & Venditione, ubi aliud merx, aliud precium esse debet l. 1. §. 1. ff. de contrab. empt. *Vultej. in Comment. Inst. ad pr. de locat & conduct. num. 20.* Apprimè autem notandum, quòd hæc pecuniæ acceptiones colligantur tantum, vel ex subjectæ materiæ circumstantijs antecedentibus & consequentibus arg. l. 3. § 9 ff. adim. vel transfer. legat. vel ex usu & voluntate loquentis arg. can. sedulo 12. *Distinct. 38. l. 69. ff. de legat. 3.* vel descriptione aliqua aut notæ appositione

ne, unde non raro specialissima significatio voce aliqua ad-
jecta, ut numerata vel parata pe cunia denotatur. *d. l. 7. 3 ff.*
ad SCtum Macedon. Carpzov. part. 3. Jurispr. Forens. const. 13.
def. 34. num. 6. & 7. Plura videantur apud *Gæddeum ad l. 4. ff. d.*
V. S. Nos hac vice pecunia vocabulum in generalissima acci-
piemus significatione, quoniam materiae necessitas id exigere
videtur, uti infra melius apparebit.

§. 3 Quod Lustrici vocabulum attinet, derivari illud
videtur à verbo Lustrare, quod tamen, plurimas apud Au-
ctores admittit significationes. Præcipuè autem idem deno-
tat 1. ac circumspicere *Virgil. lib. 3. Æneid.* omnia collustrans,
hanc primo ab littore classem conspexi venientem. 2. Idem
est, ac circumire *Lactant. lib. 2.* Sed luna, quæ orbem illum
signiferum triginta dierum spatio lustrat. 3. Significat pate-
facere *Salust. Catil. lib. 1.* Silustrantur, si erumpant omnia,
muta jam istam mentem. 4. Perspicere, agnoscere *Virg. lib. 8.*
Æneid. Ille os, oculosque loquentis jam dudum & tacito lu-
stravit lumine corpus, *Cic. lib. 3 offic.* Sed cum omnia ratione
animoque lustraveris. 5. Expiare, mundare, sacrificare; hinc
quod ad tale sacrificium & lustrationem talem faceret, inque
ea simul peragebatur, lustricum sive lustrale dicebatur. *Ovid.*
lib. 3. de Ponto. Spargit aqua captos lustrali Graja Sacerdos.
Vid. Nonius Marcell de proprietat. Sermon. cap. 4. num. 277.
Ex hisce acceptionibus verbi Lustrare nullæ lustrici nostræ
vocabulo melius accommodari poterunt, quam duæ poste-
riores. Primum enim consignatum reperimus, non solum
apud *Livium lib. 3. Histor. & Columell. lib. 3. cap. 22.* sed etiam
Virgil. Eclog. 5. & lib. 6. Æneidos. Quod veteres agros, urbes,
exercitus & similia lustrare, hoc est certis sacrificijs pur-
gare & sic Dijs suis, dum sacra piacula circumferebant & præ-
cabantur, ut cuncta infelicia ab iis averterentur, commen-
dare soliti fuerint, cujus lustrationis formulam ex Catone re-
fert

fert *Pontan. lib. 4. progymnasium*. unde quoque, quia hæc lustratio singulis quinque annis, una cum singulorum bonorum taxatione & æstimatione potissimum fieret, illud quinquennij tempus Lustrum fuit appellatum. *Pontan. lib. 4. progymnasium. 16. voce censores. Calvin. in Lexic. Jurid. voce Lustratio, Lustrum*. Hinc jam dicimus, hujus derivationis cum ipsa nostra re & significatione, in qua nos accipimus, esse convenientiam. Si enim veteres Lustricum aut Lustrale illud appellaverint, quod ad talem lustrationis & expiationis ritum spectaret, & unà perageretur, in sacro vero baptismò etiam aliqua purgatio peccatorum certis quibusdam solennitatibus contingat & receptio in gratiam DEI, ut probant nostri Theologi ex *cap. 3. Johann. 8. cap. 3. ad Tit. cad. 2. Act. Apostol. c. 3. ad Galat. Ungepaur in Comment. super Decretal. lib. 3 tit. 42. n. 7*. Cur non etiam, per aliquam similitudinem, illud quod in tali actu verè sancto peragitur, lustricum aut lustrale, & sic pecunia ibi donata lustralis vel lustrica dici poterit, præsertim cum plures dentur res, quam rerum vocabula & propter rem adhuc Veteribus incognitam alio commodiori vocabulo destituamur, & necesse ergo sit, ut talibus novis rebus nova quodammodo imponamus vocabula *Cic. lib. 3. de fin. in princip.* & per aliquam translationem deducamus, quibus nostras quoque res nostrosque ritus Vetustati Romanæ incognitos latinè denominare possimus; Deinde illa verbi Lustrare significatio, quando idem est ac agnoscere, à nostra re vocabuliq; Lustrici derivatione non plane abludivit, quoniam infantes in baptismo quasi agnoscuntur, pro veris Ecclesiæ membris, & à parentibus nominibus certis notantur. Hinc igitur non inconueniens erit, actus in tali lustratione aut agnitione fieri solitos, Lustricos appellare, sicut etiam *Festus in Fragment.* Autor est, lustricos dies infantum appellari, puella.

puellarum octavum, puerorum nonum, quod his lustrentur,
& nomina ijs imponantur.

§. 4. Cæterum Pecuniæ Lustricæ vocabulum adhuc sumi potest vel latè, & sic denotat omne donum quod ratione baptismi datur, vel à Susceptoribus vel ab alijs quibuscunque; vel strictè pro eo tantum munere, quod suppeditatur à Susceptoribus solùm, & germanicè vocatur *Baten Geld* oder *Gevatter Geldt*. Et in hac acceptione nobis id tractandum & prius definiendum venit. Quanquam autem difficile sit, perfectam definitionem, in ijs, circa quæ jus versatur vel reperire, vel tradere, *arg. l. 202. ff. de Reg. Jur. ibique Bronchorst. & Matheus n. 4.* cum quælibet propter materiæ subjectæ latitudinem, negotiorum varietatem & verarum differentiarum penuriam facile subverti possit, præprimis si ad rigidas Philosophorum regulas examinetur, videbimus nihilominus, quidnam optimè tractationi nostræ conveniat, contenti, si modum ipsam expresserimus, quamvis verba non aded ad numeros sint composita, cum & ea quæ juris sunt, non debeant inservire verbis, sed verba potius juri *arg. l. 2. C. commun. de legat. l. 17. ff. de Legibus. Dicimus igitur, quod Pecunia Lustrica sit res, quæ baptizatis à Susceptoribus vel in ipso baptismo vel occasione ejus, in tesseram datæ fidei & baptismi administrati testimonium donatur.* Singula autem hujus descriptionis membra in ipsa tractatione explicata, clarius postmodum patebunt.

CAPUT SECUNDUM.

DE

CAUSA EFFICIENTE & FINALI.

§. I.

VHis præcognitis, quæ ad faciliorem nostræ tractationis intellectum faciunt, aggredimur nunc ipsam Materiam

am, & quidem primum Causam Efficientem cum Finali. Illa autem est vel remota vel propinqua. Remota est Sanctum Sacramentum Baptismi. Propinqua sunt Susceptores sive compadres & commatres, qui infantem de sacro fonte levant. Unde verò mos hic ortus fuerit, ut Susceptores liberis baptizatis simul aliquid donent, aliquo modo patere videtur, si ipsorum originem ac primam causam intueamur. Morem autem eos adhibendi, antiquissimum & ex ipsa Sacra Scriptura *Esaiæ cap. 3. v. 2.* de promptum esse, Auctores communiter statuunt. Originem ad Hyginum, Episcopum Romanum, natiuitate Atheniensem, plerique referunt. *Baldum. in Casib. Conscient. lib. 2. cap. 11. Cas. Ummius Disp. 5 ad Process. Judic. num. 34. in fin. Johann. Baptista Casalius de veter. Christianor. ritib. cap. 5.* & occasionem hujus instituti potissimum duplicem putant, vel quod olim Parentes à Gentilismo ad Christianam Religionem recenter conuersi, partim ob defectum confirmatæ fidei non potuerint, partim ob incuriam neglexerint, liberos suos secundum religionis normam, quam ipsi nuper amplexi fuerant, educare; atque hinc, uti alias communiter fieri solet, ut novis emergentibus causis, nova quoq; quærantur remedia, *cap. insinuante 25. X. de offic. de legat. l. 11. §. 8. ff. de interrogat. in jur. faciend.* non abs re fore iudicatum est, ut nonnulli homines vitæ melioris & fidei confirmatoris in ipso statim infantum baptismo adhiberentur, qui postea Parentum vice, curam educationis & in Christiana fide institutionis, susceperent. Vel inde etiam originem traxit, quod in gravissimis illis persecutionibus, quæ sub Hadriano fuerunt, *Cluver. in Epitom. Histor. sub Hadrian.* quo adhuc regnante hic Hyginus jam fuit Episcopus electus *Calvis. in Oper. Chronolog. sub Anno Mundi 4086. Post, Christ. 137.* & adhuc à sequentibus Imperatoribus futuræ metuebantur, Parentes infantibus recens baptizatis sæpè eriperentur, & à Tyrannis ad supplicium, pro
B veri

veritate Christiana suscinendum ducerentur; ne igitur postmodum coetus fidelium diminueretur, & infantes partim propter defectum bonorum insimul à Tyrannis ereptorum, partim propter neglectū institutionis in fide, ad Gentilismum rursus deficerent, consultum visum fuit, unum vel aliquos in initio baptismi adhibere, qui eos educarent & in Religione instruerent, imo & bonis unà cum Parentibus surreptis de necessariis vitæ prospicerent. *Carpz. lib. 2. Jurispr. Consistor. tit. 27. de fin. 268. n. 1. & seqq. Perkinsi. Casuum Conscient. l. 2. cap. 10. quest. 2.* Hinc si jam originem & causas has potissimum Susceptores adhibendi intueamur, verisimile videtur, more quoque hunc donandi, unà cum ipsis aut non multò post fuisse ortum, & quod Susceptores in ipso Baptismo statim liberis recens baptizatis aliquid donare soliti fuerint, ad testandum scil. Parentibus affectum atq; benevolentiam suam erga infantes per sacrum lavacrum regeneratos; & propterea gaudium suum, seq; cupere ipsis omnia prospera, & arrham quasi hoc ipso dono dare, quod velint eos, ex sponsione quadam in Sacro Baptismo præstita, diligenter simul educare, instar filiorum habere & tempore necessitatis providere, ut tantum habeant, ne egeant. Imo magis verisimile est, Susceptores in adulta aliqua ætate, ubi aliquis intellectus sese exserere incipit, hoc observasse, & tales infantes donis quibusdam allexisse, ut eo majori diligentia & assiduitate Christianæ fidei incumberent, à conversatione liberorum Ethnicorum abstinerent, neq; se unquam paterentur seduci à recta via, quod facile temporis fieri poterat, dum viderent continuas persecutiones & supplicia grassari in fidei socios, imo ipsos Parentes & cognatos, seque maxima egestate atq; inopia laborare, cum contra cæteri gentiles omni rerum ac voluptatum affluentia abundarent. Non enim est melior via ad inducendū aliquem, quam donis, quæ Deos etiam sectere Gentiles crediderunt,

scen-

secundum Ovid. lib. 3. de arte amand. Munera, crede mihi, capiunt hominesque Deosque, Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. quest. 17. num. 1.

§. 2. Cæterum, quæ diximus de origine hujus pecuniæ Iustralis, in meris verisimilium & præsumtionum terminis consistunt, cum certæ probationes rarissimè fortè ea dere inveniuntur apud Auctores: iis tamen tamdiu standum, donec aliæ fortiores vel probationes vel præsumptiones afferantur, quæ nostram tollant sententiam arg. l. ult. pr. ff. quod met. caus. l. 5. ff. de Probation. Ea enim præsumptionis est virtus, ut onus probandi transferat in adversarium, & qui ea utitur, videatur eo ipso tamdiu sufficienter probasse suam intentionem donec contrarium non doceatur. dd. ll. arg. l. 24. §. 7. ff. de fideicommiss. libertat. Menoch. lib. 1. præsumpt. 33. & lib. 4. præsumpt. 116. n. 34. Carpz. lib. 5. Respons. 71. num. 10. Neque præsumtionem hanc nostram excludit, quod nullibi in toto jure dationum Iustralium fiat mentio, cum tamen Susceptorum fiat in l. 26. C. de Nupt. & verisimile sit, de ea aliquid, si prioribus temporibus in usu fuisset, fuisse statutum. Enim vero dicimus vel 1. quod sub donationibus ad pias causas comprehendantur, in iis ubi singulare jus habent, in cæteris vero sub aliis donationibus; vel 2. quod eo tempore, non frequentes de iis inciderint controversiæ, & proinde Legumlatores eas præterierint. l. 3. 4. 5. & 10. ff. de Legib. quod maxime verum apparet, sub Ethnicis Imperatoribus, ubi certe Christiani de ea pecunia ne hiscere quidem ausi sunt. Accedit 3. quod parva sit frequenter summa. Et quid si 4. eam tempore Christianorum Imperatorum in abusum venisse, & postmodum, ut antea obtinuit, ad usum revocatam dicimus? Sed quicquid tandem sit de primæ introductione, negari tamen nequit, quin hodie mos hic donandi in tota fere Germania

obtineat, docente *Carpzov. lib. 2. Jur. pr. Consistor. tit. 17. def. 272. n. 2.* non tantum apud inferioris & mediæ conditionis homines, sed etiam apud Principes & Magnates, uti experientia quotidiana testatur, in tantum quoque, ut quasi turpe & contra communem consuetudinem reputetur, si Susceptor quis ad Baptismum accedat, qui non insimul infanti aliquid donet. Neque dicendum est, Morem hunc, quamvis primis temporibus in usu fuisse concedatur, hodie tamen cessare debere, quia eum introducendi cessent causæ ac rationes *arg. l. 6. §. 2. ff. de Jur. Patronat. ibique Brunnermann. in Commentar. ad ff. num. 4. cap. 60. X. de Appellat. Tiraquell. in Speciali tractat. cessante causa, cessat effectus. Richter Vol. 2. Consil. 187. n. 18.* cum non amplius, DEI gratiâ, metuendum sit nobis à Tyrananis, qui Parentes una cum bonis liberis eripant, neque à seductione Gentilium, quarum conversatione ij. à recte religionis via seduci possint. Quanquam enim concedatur, quod causæ hæc donationis lustralis in talibus terminis, uti antea fuerunt, non amplius obtineant, nemo tamen facile inficiabitur, quin adhuc hodie harum causarum vestigia extant, & maximæ similitudines durent: Imo adsint aliæ adhuc causæ, quæ, cæteris quamvis negatis, nihilominus morem hunc sustinere possint. Notum vero est primum, quod, ubi pristinarum causarum adhuc quædam manent reliquiæ, ibi regula patitur limitationem, neque statim effectus, aut res ipsæ cesset, causa cessante. *arg. l. 18. §. 6. ff. de question. l. 2. §. 3 ff. rerum amotar. l. fin. ff. de decurion.* Sicut nec 2. ubi plures causæ concurrunt, quia illæ nihilominus rem ipsam sustinent atque fovent *arg. l. 83. ff. de hered. instit. §. 6. §. 7. Instit. de Nupt. Tiraquell. in d. Tract. cessante causa §. c. limitat. 22.* Taceo jam 3. quod dictum axioma intelligendum sit de causa finali, non vero Impulsiva, quæ fuerunt Ethnicorum perse-

persecutiones & seductiones, quia illa cessare potest, sine læ-
sione effectus, *arg. l. u. §. 5. ff. de postuland. l. t. pr. ff. de SCto Ma-
cedon. junct. §. 7. Inst. quod cum eo, qui in al. potest. Brunnem. in
Commentar. ad d. l. c. jur. Patronat. n. 5.*

§. 3. Causæ vero & rationes, quare Susceptores libe-
ris suis Spiritualibus aliquid donent, & quare mos hic apud
nos hodie adhuc sustineatur, variæ afferri possunt, & jam
in initio hujus capituli sunt motæ. 1. Enim illud fit, ut Susce-
ptores declarent suum affectum, quem conceperunt erga
infantem, neque solum verbis, sed factis eundem simul expri-
mant, quippe verbis solis non adeo creditur, neque affectus
ex iis adeo elucet, nisi & ipsum factum accedat. *arg. l. 1. §. 35.
ff. de SCto Syllan. l. 5. §. fin. ff. de re militar. l. 13. §. ff. d. act.
empt. 2. Pecunia hæc lustralis est quasi Arrha, quæ etiam aliàs,
aliiis negotiis, ad ea firmanda ac probanda accedere solet.
pr. Inst. d. empt. & vend. l. 35. pr. ff. de contrab. empt. l. 6. l. ult. ff.
d. Leg. Commissor. Carpzov. part. 1. Jurispr. Forens. Const. 33.
defin. 54. num. 6. Mevius ad Jus Lubec. lib. 2. tit. 6. artic. 6. num. 1.
Lauterbach. in Tract. de Arrha cap. 2. tb. 38. & datur illa à
Susceptoribus, ad testandum, se ex sponione & stipulatione
in Baptismo à Sacerdote facta, infantem sibi velle habere
commendatum, eumque educare in fide Christiana, inque ea
religione, quam in baptismo, nomine ejus, professus est, & jux-
ta cujus ritum infans est baptizatus, & ad quasi obligandum
susceptum, ut in ea fide, quam suo nomine professus est, con-
stans sit & crescat, nunquam vero ab ea deficiat, imo ut sequa-
tur Susceptorem in proba vita atque moribus, ipsique in edu-
catione ac Institutione sua libenter morem gerat. 3. Est inter
alia quasi testimoniū & recordatio baptismi administrati, ut
videtur innuere *Carpz part. 2. Jurispr. Consistor. tit. 17. def. 272.
n. 2.* & solent Parentes talem pecuniam propterea religiosè as-*

servare, liberis saepe ostendere & simul eos de Baptismo & promissione sua, per Susceptorem Deo facta, admonere, eamque, non nisi gravissima & durissima necessitate erogandam permittere. 4. Hieroglyphicum aliquod mos hic praesentat: Sicut enim Duces quando conscribunt novos milites, aliquam ipsis statim dant pecuniam, eaque etiam incitant, ut eo fortius se gerant pro Domini honore atque salute, nulla plane metuant pericula, sed ubicunque occasio est, hosti semper damnum inferant: Sic quoque infantibus, qui in spiritualem militiam per Baptismum sunt recepti, & Christo Duci supremo nomina dederunt, pecunia haec datur, ad incitamentum probitatis vitae & constantiae in fide & ad fortiter pugnandum, contra infensissimos & continuos Christianorum hostes, Diabolum, *1. Petr. cap. 5. v. 8. Ephes. cap. 6. v. 11. & seqq.* Mundum *Job. cap. 15. vers. 18. & 19. Jacob. cap. 4. vers. 4. & carnem Rom. c. 6. vers. 12. & 13. 5.* Haec donatio fieri videtur in memoriam veterum persecutionum ac calamitatum adversus Christianos; quippe verisimile esse diximus, quod Susceptores liberos suos Spirituales, anterioribus temporibus, casu necessitatis obcreptos unà cum bonis Parentes, praeter aliis alere & de necessariis vitae prospicere iis debuerint. 6. Est adhuc subsidium vitae atque educationis, praesertim liberis, quorum Parentes sunt pauperes, ut illud donum in informationis Praeceptorum mercedem, librorum & maximè Sacrorum Bibliorum comparationem, vel alios usus, sibi necessarios, convertere possint. Labet adhuc addere 7. *Martini Zeilleri* iudicium, qui *Centuria 5. Epist. 52.* ita scribit: Gleich wie dem Herrn Christo in seiner Kindheit die Weisen aus Morgenlande Geld und Geldeswerth verehren: Also wünschen die Gevattern ihrem Puthen / daß es auch in der Welt demahleins sich ehelich eruehren möge. Inwie Christus die kleinen Kinder
der

Berlein herzhete/und die Hände auf sie legte und sie segnete: Eben
also wünschen sie dem Kindlein auch / daß es möge gesegnet /
und von GOTT dem HERRN bereichert werden.

§. 4. Ex hisce ergo apparere putamus, quod hæc do-
nandi in Baptismo consuetudo sit laudabilis & pius aliquis
Ecclesiæ Christianæ ritus, suaque nitatur ratione, & proinde
non immeritò à pia vetustate ad posterorum tempora trans-
latus. *Martin. Zeiller, d. cent. 5. Epist. 52.* Neque ullo modo pro-
bandum, quod ab avaris hominibus, qui illibenter donant,
fape dici solet, eam Simonix quandam esse speciem, & turpe
rem talem sanctam pecuniâ emere. Crimen etenim Simonix
si intueamur, est illud, secundum Jus Canonicum, vel Con-
ventionale vel Mentale. *Ungepaür in Commentar. ad Decretal.
lib. 5. tit. 3. n. 3.* Illud est, quando pactum seu contractus inter-
venit, ut unus det temporale, alter vero spirituale quid præ-
stet *cap. veniens 19. cap. suam 29. X. de Simon.* Hoc verò est,
quando nullum quidem pactum intervenit, sed internum ad-
est propositum, cogitatio & intentio, ut dum quis alteri con-
fert Spirituale, alter conferat temporale, aut vice versa, *cap.
suos duxit. 34. X. de Simon. Vallens. in Paratitl. ad De-
cretal. lib. 5. tit. 3. §. 5. n. Ungepaür cir. loco.* Prima Species
Simonix planè hic applicari nequit, quia in ea debet inter-
cedere pactio aut contractus *dict. cap. suos 34. X. de Simon.*
qui hic planè nullus, quoad hanc dationem adest, sed tantum
parens infantis in hoc convenit cum susceptore, ut ille
testis esse velit Baptismi, cum ipse esse prohibeatur. *Can. pen.
& ult. caus. 30. quæst. 4.* pro eo respondeat & fidem profitea-
tur, imò curam in ejus educatione unâ suscipiat *Can. parvu-
li. 64. de Consecrat. Distinct. 4. 2.* quia etiam in hac Simonix
Specie intervenire debet precium; & quidem ex contractu
oneroso, quod hic nequaquam fit, sed tantum aliqua par-
va

va donatio adjicitur, non per modum precij, sed ad demon-
strandum favorem atque benevolentiam, quod omninò lici-
tum esse patet ex *cap. eius questiones 18. & cap. Apostolicam*
42. V. de Simon. Vallens. in Parat. ad Decretal. dist. lib. 5. tit. 3.
§. 2. num. 3. Aliter igitur dicendum foret si quis ad aliquem
accederet, & diceret: Ego te volo Patrinum habere infantis
mei, ut mihi hanc vel illam des pecuniam. Sed nemo tam sto-
lidus fortè erit, ut hoc unà proferat, nec alter, ut id acceptet,
cum regulariter nihil emolumenti ex hujus officij delatione
accedat; sed potiùs multum curæ atque sollicitudinis. Ad al-
teram verò Simonix speciem, nempe mentalis, magis hæc
consuetudo videtur accedere, quia plurimi Parentes officium
hoc Susceptorum deferre videntur, non ideò, ut testes bap-
tismi & adjuutores educationis suorum liberorum quærant,
sed ut donum aliquod consequantur. Verùm responderi
potest; hanc Simonix speciem in foro civili atque exteriori
ne quidem propriè tali nomine appellandam, quippe aliàs &
homicidium, adulterium, & furtum & similia crimina statim
talia essent, si quis solùm de ijs cogitasset: Neque etiam pœ-
nam meretur, sed expiari debet per pœnitentiam coram Deo,
cap. tua nos 34. cap. ult. X. de Simon. Ecclesia enim non judi-
cat de occultis, sed de manifestis *cap. sicut 33. X. eod.* & cogi-
tationis pœnam nemo patitur *can. cogitatio. 20. de pœnitent.*
Distinct. 1. l. 18. ff. de pœnis. Deinde non facilè quis præsu-
mitur male agere, malam habere intentionem & delictum
velle perpetrare præsertim gravissimum, uti est Simonia *cap.*
sicut. 6. cap. per tuas 32. X. de Simon. Sed potiùs quilibet
tamdiu præsumitur bonus, donec contrarium probetur, *l. 18.*
§. 1. ff. de probat. cap. fin. X. de præsumpt. Socin. in Reg. & Fal.
Jur. Reg. 58. & actus qui potest sonare in delictum, & non
delictum, ita accipiendum est, ut absit delictum *l. 51. ff. pro*
Soc.

Soc. Maserat. de Probat. vol. 1. conclus. 495. Menoch. lib. 5. præsumpt. 161. num. 26. Tum etiam, quamvis concedatur, aliquos parentes hoc tantum agere, ut pecuniam accipiant hanc, tamen id non semper, sed interdum per accidens tantum fit, & abusus est, qui nequiquam usum tollere debet. *can. neq. enim 9. Caus. 14. quest. 5.* Summatim tandem, si consuetudo hæc esset Simoniacæ, aut speciem quandam Simoniacæ præstaret, nunquam eam Ecclesiæ ubiq; ferme recepissent, & tam diu tolerassent, sed jamdudum extirpassent, cum illæ justitiæ summæ sint cultrices, neque patiantur aliquid contra justitiam fieri. *l. b. 2. tit. 13. ibi: Ecclesia enim, Menoch. lib. 4. præf. 83. n. 32. Carpzov. part. 2. Jur. pr. Forens. Constit. 12. def. 13. n. 3. Wesenbec. part. Consil. 37. n. 11.*

§. 5. Omissa jam causa Consuetudinem pecuniæ lustralis introducendi, & quæ ejus occasione tractavimus, redimus iterum ad Causam Efficientem, unde digressi sumus, & quærimus: An ergo omnes, qui Susceptores esse possunt, pecuniam hanc lustralem dare possint? Imprimis autem de Filiosam, videndum. Et aliàs regulariter in Donationis materia sic distingvi solet: Aut Filiusam non habet peculium, & tunc ejus inopia donationem excludit, *arg. l. 6. de dol. mal. vel si vult donare, patris gratiâ ac liberalitate tantum impetrare debet: Aut habet peculium, & tunc vel pleno jure id ad filiumsam. spectat vel pater in eo habet usumfructum solum vel etiam proprietatem. Priori casu filius sine patris consensu donare potest. l. 7. §. ult. ff. de donat. Nov. 117. cap. 1.* Posteriori verò non potest sine consensu Patris donare & in præjudicium etiam ejus disponere, quamvis liberam habeat peculij administrationem *l. 1. 7. pr. ff. de donat. Covarruv. in Rubr. de Testam. part. 3. num. 22. Mozz. de Contract. Tit. de Donat. cap. de person. int. quas cadat. donat. n. 9. Barbos. ad Treutl.*

C

Treutl.

Treutl. Vol. 2. Disp. 19. tb. 3. lit. C. Colleg. Argentor. lib. 39. tit. 5. tb. 5. Idem ergo quoad hanc dationem lustricam juxta communes regulas obtinere debet. Verum potius statuimus, quod filiusfam. quoque de peculio, in quo Pater habet usumfructum, vel plenam proprietatem, sine ipsius consensu munera Baptismi dari possit. Ratio nostra est in *d. l. 7. §. 1. ff. de donat.* quia si quis iusta ratione & iusta de causa donat; donatio de hoc peculio, etiam sine patris consensu, valet. Satis autem iustam causam habere censemus filiumfam. Susceptoris vices obtinentem, utpote cum consuetudo id ipsum jubeat, quæ in omnibus aliis quoque attendi debet. *l. 1. §. ult. ff. de ventr. inspic. Gail. lib. 2. Observ. 8. num. 5. & 6.* & consuetum simul sit necessarium: *cap. ex parte 18. X. de censib.* Limitamus tamen hoc, si scil. filiusfamil. legitimum modum, qui aliis, vel ab ipso parente, vel ab aliis observari in muneribus hisce dandis solet, non exceßerit. *l. 7. §. 13. ff. SCto Maced.* quod tamen ratione personarum & circumstantiarum est æstimandum, aliis enim dicta ratio cessat, & ex causa necessaria, sit non necessaria.

§. 6. De uxoris quoque donatione aliquid adjiciendum. Ea vero triplicia habet bona, vel Dotalia, vel Paraphernalia, vel Receptitia. *Bachov. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 7. tb. 9. lit. b. vers. an fructus bonorum paraphernalium. Mynsing. centur. 3. Observ. 33. Gail. lib. 2. Observ. 82. n. 5.* De bonis Dotalibus uxor, ne quidem consentiente marito, aliquid donare potest, *l. 21. C. de donat. arg. pr. Inst. quib. alien. lic. Colleg. Argent. lib. 39. tit. 5. tb. 5.* partim, quoniam res est aliena & maritus ejus habet Dominium. *l. 3. C. de jure dot.* res autem donanda propria esse debet. *l. 9. §. f. ff. de donat. Brunnem. in Cod. ad all. l. 21. de donat. Mozz. de Contr. Tit. de Donat. Rubr. de reb. qua don. poss. num. 2.* partim, quia Reipublicæ interest, mulieres dotes

dotes habere salvas, propter quas nubere possunt. *l. 2. f. d. jur. dot. l. 1. ff. solut. matrim.* quam rationem mariti accedens consensus limitare vel tollere nequit. *arg. d. pr. Insti. quib. alien. lic.* De bonis Paraphernalibus uxor quidem donare potest, verum accedere debere videtur consensus mariti quia illorum administratio penes eum est, qui etiam exinde fructus in communem matrimonij usum impendere potest. *l. fin. C. de pact. Convent. Barchon. cit. loco,* ac proinde ne in præjudicium mariti aliquid fiat, potissimum cum fragile ac infirmum sit mulierum iudicium & multis captionibus obnoxium, *l. 2. §. 2. ff. ad SCtum. Vellejan.* merito consensus ejus erit adhibendus, *arg. §. 7. Insti. de adoption.* De bonis verò Receptitiis indistinctè & etiam sine mariti consensu donare poterit, eorum enim custodia & administratio non spectat ita ad maritum, neq; ille fructus & redditus ex iis in usum convertere potest communem, *l. 8. C. de revocand. donat. l. 9. §. fin. ff. de jur. dot.* Verum an hic etiam limitatio ex *l. 7. §. ff. de donat.* quoad filiumfam. allata locum habeat, quærimus, ut ubi causa est justa donandi, uti nostro casu Iustriæ pecuniæ, donatio quoad bona Dotalia & Paraphernalia valeat. Sed Respondemus: eam in bonis Paraphernalibus utique locum habere, & mulierem Iustricam dationem de iis etiam sine consensu mariti facere posse, quia eadem hic, uti supra in filiofam. adest ratio. In Bonis verò Dotalibus neutiquam obtinebit, quoniam bonum illud publicum, quod ex dotium conservatione profluit, privatorum commodo atque consuetudini in privatum usum introductæ merito præferendum, *arg. l. 2. l. 4. l. 14. §. 17. ff. de pact. dotal.* maximè si magnam pecuniæ Iustricæ summam donare velit. Et hæc de rigore Juris Civili ita obtinent, usu verò & de facto id interdum non tam strictè observari, experientia docet, Si verò uxor non habeat vel Paraphernalia vel Re-

C 2

repti-

ceptitia Bona, & infantem de sacro fonte suscipere nihilominus rogetur, aut illam donationem potest intermittere, propter inopiam, quæ satis videtur excusare, vel potius maritus, qui eam amat, providebit, ut tantam pecuniam de suis conferatur bonis, quam donare possit, ne contra communem peccet observantiam uxor, & ipsi per id maculam quamdam aspergat, & sinistris hominum loquelis exponat. Hanc autem pecuniam soluto postmodum matrimonio, si uxori postea quædam bona obvenerint, ab ea repetere poterit, si strictè vult procedere, quia nullibi traditum est, maritum esse obligatum uxori subministrare donanda, sed tantum necessaria ad vitum & amicum. *Mev. ad Jus Lubecens. lib. 1. tit. 5. art. 4. n. 48. Richter vol. 2. Conf. 410. n. 10.* Ita tamen hoc limitandum videtur, ut tunc non procedat, si uxor viri intuitu ad susceptriceis officium sit vocata, quæ aliàs ex propria persona vocata non esset, & sic donavit de bonis mariti, quia tum ipse maritus donasse censetur, muliere tantum interveniente. *arg. l. 21. & seqq. ff. de usufruct. l. 10. §. 6. ff. de vulgar. & pupillar. substit.* Tunc autem intuitu mariti vocata esse & donasse censetur, si à cognatis & amicis mariti, vel ab aliis, qui favorem mariti ambiunt, & propter talem invitationem eum sibi conciliare putant, sit vocata, quod tamen officio prudentis iudicis maximè relinqvendum. *arg. l. 1. §. ult. ff. d. jur. de lib. l. 8. §. 3. & 5. ff. de bonis auctori. judic. possident. cap. ultim. X. de transactionib. Menoch. arbitrar. judic. quest. lib. 1. in præm. n. 5.*

CAPUT TERTIUM.

DE

CAUSA MATERIALI.

§. I.

Materia pecuniæ nostræ Lustralis est vel Objectiva vel Subjectiva. Materia Objectiva in omnibus consistit rebus,

rebus, quæ aliàs donari possunt: Et sunt omnes, quæ in com-
mercium venire & alienari non prohibentur, siue sunt corpo-
rales siue incorporales. *l. 34 §. 1. C. de donat. l. 9. pr. §. l. 28. ff. eod.*
Mozz. de Contract. Tit. de Donat. cap. de reb. quæ donari poss. n. 1.
Colleg. Argent. lib. 39. tit. 5. tb. 9. Bocer. Class. 2. Disp. 19. tb. 8. §. 9.
Schnobel. Disp. 19. ad Pandect. tb. 26. Quæ igitur regulariter do-
nari nequeunt, neque in hanc Susceptorum in Baptismo da-
tionem veniunt. Cæterum Res, quæ maximè & frequentis-
simè ratione pecuniæ lustricæ dari solent consistunt potissi-
mùm. 1. In Pecunia numerata, nummis siue numismatibus,
aureis vel argenteis, novis & vetustioribus, pro cuiusque vo-
luntate ac arbitrio. Solent tamen Susceptores frequenter
optimos eligere & præcipuè eos, qui aliam magnitudinis
& majoris æstimationis speciem præ se ferunt. 2. In vestimen-
tis laneis vel sericis, linteis & aliis jocalibus; hæc verò non
statim in initio Baptismi, sed præprimis in adultiori quadam
ætate, quando nempe infantes fasciis solvuntur & vestibus
primùm induuntur, offerri solent. 3. quoque in oblatione
poculorum, aureorum, argenteorum vel deauratorum, an-
nulorum & aliarum rerum ex auro & argento conflatarum,
imò gemmis & margaritis distinctarum. Quæ Ratione Prin-
cipes & Magnates potissimum donant, vel sibi æqualibus vel
subditis aut aliis inferioribus, idque, ut eo majorem pompam
atque festivitatem donatio hæc repræsentet, utpotè quæ ma-
gis in oculos hominum incurrit, quàm pecunia, quæ ita
ostentari nequit. Solent etiam hæc talia sua munera in ali-
orum Principum solenni infantum initiatione (vulgò *Ein-
segnung*) ante se ducere curare, ut cæteri præsentis & ad-
stans populus ea videat, uti non tamdiu contigit Dresdæ
in initiatione Nepotis Serenissimi ac Potentissimi Electoris
Saxonix, ubi Imperatoris Invictissimi munera, qui Susceptor
erat.

erat rogatus, ante Ducem Serenissimum Hallensem, qui vi-
ces Imperatoris gerebat, palam, omnibus Spectantibus, fe-
rebantur.

§. 2. Ad quantitatem pecuniam Lustralem dandi quod
attinet, idem quoque regulariter obtinebit, quod in alia qua-
libet donatione, ut scilicet tantam quis possit dare, quantum ve-
lit summam, vel aliquam partem bonorum vel omnia sua
bona, si ratio inofficiosarum donationum non reclamet, l. 11.
*pr. l. 35. §. 4. ibi vel etiam totius & §. seq. C. de donat. l. 8.
de revoc. donat. l. 5. C. de inoffic. donat. l. 17. §. 1. ff. que in-
fraud. credit. Perez. in pralect. ad lib. 8. C. tit. 56. num. 18. &
seqq. Boccr. Class. 2. Disp. 39. tb. 22. Arum. Disputat. 19. tb. 16.
Bronchorst. centur. 5. conciliat. assert. 71. Port. Conf. 36. num. 11.
Bachov. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 19. tb. 5. lit. C. Colleg. Argent.
lib. 39. tit. 5. tb. 9.* Verum hæc tanta liberalitas hodiè raris-
sima est, & rarè pecunia lustralis ad tantum modum ascen-
dit, sed semper ferme angustioribus limitibus includitur,
postquam enim, liberalitate prope extinctâ avaritia plerascq;
hominum mentes occupavit, hoc tempore, vel plane omni-
no nihil donant, vel ubi honestatis ratione coguntur, parùm
Jul. Clar. lib. 4. recept. Sentent. §. Donatio in præm. Neque
etiam dubitandum, quin Magistratus, pro ratione temporis
& causarum, certam quantitatem Susceptoribus præscribere
possit, supra quam ipsis dare non permittatur. Sic hic Rostochij
tam Academicis quàm Urbicis Civibus certus modus, pecu-
niam hanc dandi, positus est, nempe unus Ducatus, quàm
summam minuere possunt, non verò augere. Verba Ordi-
nationis Academiae lubet hic adjicere quæ extant. *In der re-
vidirten Promotion &c. und Begräbniß-Ordnung Rectoris
und Concilij hiesiger Universität de Ad. 1652. Tit. von Kind-
tauffen und Kindelbieren art. 3. hoc modo: Es hat sich auch
viel*

vielfältig befunden/daß zu unnöthiger Pracht und gro-
ßen Geldes-Verlust / das Gevattern-Geld und Paten-
Zeug ganz übermäßig eingeführet worden/ damit nun
solcher heimlicher/ doch unnöthiger Schatzung vorge-
bauet werde/soll hinfuro an Gevattern-Geld/keiner über
einen Ducaten oder desselben Werth/und dabey gänzlich
kein gemachtes oder ungemachtes Paten-Zeug / an Lei-
nen/Wollen/Seiden oder Sammitten Gezeuge/ oder an
dessen statt einig Geld oder Geldes Werth/ir oder auffer-
halb 6. Wochen/schencken/geben noch verehren. Da aber
jemand überzeuget würde/daß er unserm Verbot zuwie-
der gehandelt/ sollen so wohl der Geschencknehmer als
Geber / dafern sie beyde unserer Botmäßigkeit unter-
worffen/zur Straff noch eins so viel/wie das geschenckte
Paten-Zeug / oder übermäßiges Paten-Geld sich an-
läufft/unnachlässig zu erlegen schuldig; Jedemoch aber
armer Leute Kindern etwas zum Paten-Zeuge zu ver-
ehren / hiermit unverbotten seyn. Cum hisce per omnia
concordat etiam *Senatus hujus Rostochiensis Ordinatio de an-
no 5. Titulo eodem.*

§. 3. Neque vero Magistratus, quando certos hujus do-
nationis fines praescribit, peccat, eo, quod quilibet rerum sua-
rum sit moderator & arbiter. *l. 21. C. mandat.* etiamsi iis ab-
utatur. *l. 25. §. 11. ff. de hered. petit. Menoch. lib. 4. presumpt. 83.*
22. C. nec ulli jus libere de iis disponendi auferri queat. §. 2.
Inst. de his qui sui vel alien. jur. Etenim verum id quidem est,
ratione alicujus privati, quod nempe illo nemini prohibere
possit, quo minus re sua pro lubitu utatur & de ea donet,
neutiquam verò respectu Magistratus, ille enim certis de
causis, per specialem legem, liberum hoc de rebus propriis
disponendi arbitrium restringere ac coarctare potest. *l. 14. C.*
de

de contrab. empt. propter utilitatem Reipublicæ. l. 2. C. pro quib. caus. serv. pro præm. libert. l. ult. C. si contra jus vel utilit. l. 13. C. commun. prædior. cuius interest, ne quis etiam re sua male utatur. d. s. 2. Inst. de his qui sui vel al. jur. & hoc abusu noceat publico commodo, cuius gratia etiam aliàs à juris communis regulis receditur. l. 51. s. ult. f. ad L. Aquil. arg. cap. cum ex injuncto. 2. X. de nov. oper. nunciat. Carpzov. part. 2. Jurispr. Forens. const. 29. def. 33. num. 5. Idem quoque in donatione munerum lustralium accidit, quoniam enim consuetudine sic dictante inviti etiam ea dare quasi cogantur. Plurimi autem temporibus hisce conclamatis sint, qui curtam domi habent suppellectilem, ij tamen aliis inferiores esse nolunt, & hinc supra suas facultates sæpe dant, ut postea, non solum magno suo damno ipsi egeant, sed etiam non sine gravissimo Reipublicæ incommodo tributa atque alia onera ferre ne utiqvam possint, & tandem bonis suis cedere cogantur. Homines quippe & potissimum tenuioris fortis, ita comparati sunt, ut prius, quam patientur vel minimum sibi de sua existimatione detrahi, aut se videri pauperiores, omnia sua impendant, donec plane ad egestatem redigantur, quod minimum est ferendum, cum Reipublicæ conducatur, habere cives locupletes, qui tempore necessitatis succurrere possint. Decian. vol. 2. Respons. 43. n. 28. Klok. de contribut. cap. 12. n. 166. Cæterum illa consuetudo, quæ Susceptores pauperum hominum liberis parum, divitum verò multa dant, est merito improbanda, repugnat enim quodammodo primæ munerum lustralium introductioni & mori, qui, ut supra ostensum, maxime propter pauperes liberos, quibus aliàs egere necesse esset, non verò propter divites, iuductus est. Et hinc quoque in Allegatis Senatus Academici & Oppidani Rostochiensis Ordinationibus tacite improbatur, dum permittitur, ut pauperibus

bus etiam ultra summam statutam, in Baptismo donare sit
permissum.

§. 4. Occurrit nunc Materia subjecta, in quas nempe
personas pecunia lustrica conferatur. Illa autem sunt omnes
qui baptizantur, iique vel infantes vel Adultiores. *can. par-*
vuli 47. can. vos autem omnia, 105. de Consecrat. distinct. 4. cap.
majores 3. X. de baptism. Vallenf. in Paratitl. Decretal. lib. 3.
tit. 42. §. 3. Quòd ad Adultiores attinet, rarò quidem contingit, ut ij baptizentur, nisi ex Judaismo, Gentilismo & aliis
Sectis recenter fuerint ad Christianam Religionem conversi.
Ubi tamen casus talis existit, Patrini in eorum Baptismo, eodem modo ac in infantum, adhibentur: ita hic Rostochij ante decennium fortè, in baptismo Judæi in templo Jacobæo celebrato, fuit observatum, & Francofurti ad Mœnum, ubi interdum Judæorum conversiones factæ, plurimis referentibus, obtinet. Iis igitur quin pecunia lustrica detur vel dari possit, non est dubitandum, quippe qui melius, quid per hanc dationis solennitatem denotetur, intelligunt, & simul de ea admoneri, imò & rem traditam ipsi acceptare, apprehendere, suamque facere possunt, uti in donatione regulariter requiritur. *Cujac. lib. Observation. 12. cap. 28. Hartman. Pistor. lib. 1. quæstion. 13. Decian. vol. 2. Respons. 39. num. 30.*

§. 5. De Infantibus tantum videndum, an igitur iis aliquid donari possit. Ex qua quæstione plurimæ aliæ hujus nostræ tractationis, imò totum ejus fundamentum, dependet. Et affirmativam ut tueamur necesse est, quæ & juri magis est consentanea & ab Auctoribus approbata, *Bocer. class. 2. Diss. 19. lib. 6. Mozæ. de contract. tit. de Donation. Rubr. inter quos person. donat. ead. poss. in pr. Fachin. lib. 3. contröv. cap. 19. Pacius cent. conciliat. 6. quæst. 94. Bronchorst. Conciliat. Leg. cent. 3. assert. 87.* Probatur autem I. per l. 26. C. de donat. Ubi

expressè asseritur, quod, si quis velit in minorem fundum conferre, qui nondum fari, aut rei, quæ sibi donatur affectionem habere possit, quod jus illud instrumentis compleri, & per servum ejus, quem idoneum esse constiterit, transigi debeat, & tunc per eum infanti adquiratur. 2. Per *l. 3. C. de acquirend. & retin. possess.* ubi habetur, quod possessio donatarum rerum infanti tradita corpore ipsius quærat. 3. Quia etiam absenti & nescienti donari rectè potest, ut statim ejus fiat, si ea mente servo jus res data fuerit. *l. 10. ff. de donat.* 4. Quia secundum Dd. donatio quoque fieri potest nondum natis, sed demum nascituris, quando Notarius pro iis stipulatus fuerit, vel Pater eorum acceptaverit, ergò multo magis jam natis fieri poterit. *Decian. vol. 3. Respons. 1. n. 24. Mozz. allegat. loco n. 1. Nicol. Boerius Decis. 172. n. 4.* ubi dicit: in hoc non esse dubium, & quotidie tales contractus & donationes, in matrimonium inter Nobiles & divites contrahendis, fieri. Et quamvis 5. de Jure communi non obtineret, quod tamen minus verum, ut infanti donatio fieri possit, quoad donationem tamen pecuniæ lustricæ consuetudo Germaniæ fermè generalis esset in contrarium, quotidie enim videmus, has donationes ubique infantibus fieri, quæ etiam consuetudo utpote tacito populi consensu, actuum frequentia & longinquitate temporis per plurimos annos approbata, quin legis vicem obtineat, imò juri communi nihilominus derogare possit, non videtur dubitandum. *l. 32. & seqq. ff. de Legib. l. 6. pr. quod cujusq. univers. l. 13. §. 1. ff. commun. prad. Gail. lib. 1. Observ. 36. Schurf. 3. cons. 16. n. 2. Part. cons. 4. n. 95.* Neque exactior probatio àn dicta hac consuetudine desideratur, utpote cum sit notoria, quotidiana observantia conspicua & testem habeat universum populum, quæ autem talis est, probatione non indiget. *cap. super eo 3. & de testib. cogend. Gail. lib. 2. Obs. 31. n. 17.*

Mascard.

Mascard. de Probat. vol. 1. conclus. 423. n. 27. & 30. Si verò quid adhuc in consuetudinis hujus probatione desideratur, illud supplebit *Carpz. qui lib. 2. J. C. tit. 17. def. 272. n. 2.* de ea restatur, cujus magni & celebris Jcti & Practici rerum Germanicarum non ignari attestationi meritò fides in hoc passu est adhibenda. *arg. l. 19. ff. de Excusat. Mynsing. cent. 5. Obs. 96. Benius de Privil. Jctorum part. 3. privil. 81. Wesenbec. part. 2. Consil. 52. n. 21.*

§. 6. Neque verò dictis hisce obstat 1. Consuetudinem hanc infantibus pecuniam lustricam dandi absurdam dici posse, quod tales, uti oculis inspicitur, nullum planè habeant intellectum & consensum, *l. 32. §. 2. ff. de adquir. possess.* unde & furiosis comparantur, *§. 10. Inst. d. inult. stipul. 60. ff. de Rei vindic. l. 1. ff. de bonor. poss. infant. furios.* jam autem nulla fieri possit conventio nullusque actus, in quo deest consensus. *l. 1. §. 2. ff. de pact.* Respondemus enim 1. quod hunc consensus & intellectus defectum in infantibus hisce excludant parentes, qui nomine eorum pecuniam accipiunt, iisque eandem acquirunt, quibus etiam pecunia hæc lustrica vel de manu Susceptorum in manum traditur, vel primùm obstetrici, quæ illam postmodum parentibus reddit. Sic utilitatis & pietatis causa receptum est, ut quoque pater possit adire hæreditatem vel bonorum possessionem nomine infantis. *l. 18. C. de jur. de lib. Brunnem. in Comment. ad Cod. ibid. Cujac. lib. 1. Observ. c. 34.* eodem modò ac Curator nomine furiosi, *l. ult. §. 3. C. de curat. furios. l. 1. ff. de bonor. poss. furios. infant.*

2. Possumus dicere, quòd, sicut interdum furiosi consensus fingitur propter evidentem utilitatem publicam vel suam privatam, *pr. Inst. de nupt. l. 2. §. 2. ff. solut. matrim.* Ita quoq; in infante, propter utilitatem, quam ex donatione hac percipit, consensum ipsius intervenisse fingi, nam præsumitur, quod

semper quis sit consensurus, si conditionem suam possit face-
re meliorem, qui consensus ergò, cum per ætatem exprimi
nequeat, adesse tamen putatur in infante. Et quanquam fictio
non facile sit statuenda, neque ad consequentiam trahenda,
arg. l. 6 ff. ad municip. Pruckmann. Consil. 2. n. 238. Sande in Com-
ment. ad Tit. de Reg. jur. in l. 5. tamen propter utilitatem in-
signem, quam infans inde consequitur, qua nullius tamen
tertij jus læditur, imò propter dictam præsumptionem, &
quoque rationis identitatem inter furiosum & infantem, eam
hoc casu recipi posse, non multum videtur ambigendum.
arg. l. 19. §. 4. ff. de captiv. & postlim. revers. Et quamvis hæc
alia de Jure & ratione communi aliàs obtinerent, asserere-
mus tamen 3. cum *Carpzov. l. 2. J. C. tit. 17. def. 272. n. 6. & seqq.*
quod in hac munere in Baptismo oblatione, specialiter hoc
obtineat, neque igitur liceat argumentari ex regulis juris
communis ad eam, quippe quæ est exorbitans & singularis
pietatis causa facta, imò licet aliàs secundum regulas juris
communis non subsisteret, ex eo tamen licita efficeretur,
quod ad solennia Baptismi pertinere videatur, quâ ratione
quoque alias donationes, aliàs illicitas, licitas fieri affirmat.
Verùm non adeò opus est, ut specialem hic statuamus, aut ad
extraordinarium recurramus remedium, quoniam ordinari-
um jus, quod aliàs in quâvis datione observatur, in hac da-
tione iustitica quoque obtinere potest, ut supra vidimus. *arg.*
l. 16. ff. de minor.

§. 7. Neque etiam si concedatur infanti donari posse,
Obstat 2. quod illa donatio mediante instrumento fieri de-
beat, quoniam *l. 26. c. d. donat.* id omninò requirere videtur,
dum vult ut hoc jus donationis, antè præmissis instrumentis,
transigatur. Jam verò duo ablativi absolutè positi conditio-
nalem faciunt dispositionem & in conditionem resolvuntur.

l. 190.

l. 109. ff. de condit. & demonstr. l. 93. ff. ad L. Facil. Menoch. cons. 38. n. 29. Mantua lib. 3. Observ. Legal. Verum Respondemus, quod in dicta lege, quoad hoc, specialis sit casus, & quod nempe Donator hoc egerit, ut Donatio fieret in scriptis & non aliter perfecta esset. *Gloss. ad dict. leg. lit. x. Brunnem. in Comment. ad Cod. ibid.* quod facere quis omnino potest. *arg. pr. Inst. de empt. & vendit. l. 17. ff. de fide instrum.* quamvis alius quidem præcisè facere non cogatur, sed donatio sine scriptis regulariter fieri possit. *l. 19. & 31. C. de donat.* Enimverò novimus, quod leges Codicis, uti ex earum inscriptione patet, potissimum sint rescripta, quibus Imperatores de jure dubio consulentibus responderunt, *s. ult. Inst. de his qui sui vel alien. l. ult. C. de divers. rescript. l. 33. ff. de re judic. l. 6. ff. ad Sctum Turpil.* & proinde ad certas personas maximè sint restrictæ, & ex occasione & circumstantia quæstionum & causarum, quæ circa certas illas personas inciderunt, scriptæ: Proinde quoque non simpliciter & indistinctè in omnibus & quemlibet casum & personam sunt referendæ, sed habita circumstantiarum ratione, secundum quas latæ & emissæ, in iis similibus casibus sunt applicandæ, *arg. l. i. C. de divers. rescript. l. 2. & 3. C. de Legib.* Quod si ergò susceptoribus quoque placuerit, non aliter in Baptismo infanti donare, quam si instrumentum super ea sit confectum, idque ut eò major infanti sit securitas, potissimum quando dant rem, quæ non statim traditur, sed tantum in futurum habenda promittitur, omnino eorum voluntas erit rata habenda. 2. Respondemus, quod objecta lex ideo, instrumentis ante permissis, hanc donationem fieri voluerit, quoniam excessit legitimam summam 500. aureorum. *Gloss. ad d. 29. C. de donat. lit. x.* quæ aliàs, etiamsi non infanti, sed alij cuivis fiat, insinuationem ad acta requirit. *S. 2. Inst. de donat. l. pen. s. ult. C. eod.*

idque non absurdum esse svadet objectum illius Donationis, quod nempe in ea agatur de fundo in infantem conferendo, quem facillè tanti pretij fuisse verisimile est. Verùm rarò fit, ut pecunia lustralis ad tantam summam accedat, sed modica fermè semper continetur, ubi autem tamen talis casus accidit, ut tanta summa pecuniæ lustricæ infanti detur, quid juris tum statuendum, infrà videbimus, 3. Ut cum *Brunnemann*, ad d. l. 26. C. de *Donat.* concedamus, talem Donationem infanti factam ob favorem infantis specialiter insinuationem requirere, tamen hoc verùm esse diceremus. 1. Si aliqua nominata summa, quamvis non maxima, donetur. 2. Si res tantùm promittatur, non verò statim tradatur, quod neutrum facillè in pecuniæ lustricæ datione contingere pater.

§. 8. Quid verò dicemus ad illam donationem pecuniæ lustricæ, quam frequentissimè fieri videmus, quando Avus Susceptor nepotibus baptizatis dat, quos adhuc hodiè in sua potestate habere potest, quoniam nuptiis filij neque hodiè ubique solvitur patria potestas, maximè si ille adhuc habitet unà cum parte, neque propriam habeat familiam aut negotiationem. *Carpz. part. 2. Jurispr. Forens. Const. 10. def. 3. Frantzck. ad l. Gallus de liber. & posthum. Dissut. membr. 3. n. 15.* Et certè regulariter dicendum esset, eam non valere, sicut nec inter filium & patrem. l. 1. §. 1. ff. pro *donat.* l. 31. §. 2. ff. de *donat.* l. 25. C. de *donat. inter vir. & uxorem.* Ratio est, quia donatio valere nulla potest, nisi obligatio inter donantem & donatarium contrahatur, ita ut Donator ex causa donationis conveniri possit, vel ut rei donatæ & traditæ dominium in donatarium transferatur. l. 6. §. ff. de *donat.* at inter patrem & filium nulla obligatio contrahi potest. l. 50. ff. ad *SCtum Trebell.* censeatur enim una eademque persona, §. 4. *Inst. de util. stipulat. l. fin. C. de impub. & al. substir.* nemo verò sibi ipsi obligari potest, aut à se, in se ipsum dominum transferre; sed differ-

rentia

rentia debet esse inter dantem & accipientem. *l. 56. §. 1. ff. de fidejussor. Vid. Gail. lib. 2. Obs. 38. n. 1. & seq. Faber. l. 7. Consuejur. cap. 11. Jul. Clar. l. 4. recept. sentent. §. Donatio quest. 8. n. 1.* Enimverò Regula hæc plurimas apud Autores patitur exceptiones, inter alias quoque hanc: quod valeat donatio inter patrem & filium, si facta sit non adeò immodica ad causam piam, qualis est studiorum & liberalium artium propter earundem favorem, *l. un. C. de Stud. liber. §. fin. proæm. Inst. Jul. Clar. cit. loc. n. 6. Decian. vol. 3. Consil. 1. n. 53. & 64. Socin. in Reg. & Fallent. jur. Reg. 140.* Eadem quoque causa, imò major in datione hac lustrali subesse videtur, nam sit illa singularis pietatis causa propter educationem tam in fide Christiana, quàm in aliis honestis disciplinis atque moribus, uti superiori capite ostensum, meritò ergo talis utpotè maximè favorabilis & exorbitans contra juris stricti subtilitatem valebit, *arg. cap. cum esses in nostra presentia 10. & cap. relatum seq. X. de testam. l. 50. ff. de hered. petit. l. 7. §. 1. ff. de annu. legat. accedit, quod intra parvam summam frequenter constat, quod citati Auctores quoque requirunt.*

CAPUT QUARTUM.
DE
CAUSA FORMALI.

§. I.

Vidimus hactenus Causam Materialem pecuniæ Iusticiæ tam objectivam, quàm subjectivam. Occurrit nunc causa formalis, quæ quamvis ex cæteris causis maximè profluat, uti etiam aliàs fieri solet, *Wesembec. part. 1. Consil. 16. n. 1.* & jam aliquatenus occasione earum fuerit mota, tamen hoc loco erit repetenda. Ad causam igitur Formalem pertinet, ut pecunia vel res donetur, idque vel ita, ut statim simul tradada-

tradatur, vel ut tantum parentibus nomine infantum promittatur, quæ postea quoque ipsis solvenda & tradenda. §. 2. *Inst. d. donat. l. 35. §. ult. C. eod.* Illud frequentissime fit, hoc verò rarissimè, non tamen propterea dubium est, quin fieri possit. Si igitur ex causa onerosa infantes à susceptoribus aliquid accipiant, consuetudo & usus non patitur, ut illud nomine pecuniæ Lustralis, *des Gevattern-oder Pathengeldes*/ non dicam ejus jure, veniat: causæ enim lucratiuæ & onerosæ maxime à se invicem segregandæ. *l. 5. ff. de usurpat. l. 4. §. 29. §. 31. ff. de dol. mal. §. met. exc.* Si tamen aliquid partim ex causa lucrativa, partim ex onerosa detur, e. g. fundus 100. florenorum, ut 50. reddantur, non tota res, sed tantum illa, quæ ex causa lucrativa est, pecuniæ lustralis jure & nomine erit æstimanda. *arg. l. 23. §. 1. C. Mandat.* Cæterum dubitari adhuc posset; An hæc munerum in baptismo oblatio, donatio dici possit, quia nemo invitus aut aliquo jure cogente, sed ex mera liberalitate donat, *l. 29. ff. de donat. l. 67. §. 1. ff. de legat. 2. l. 16. ff. de adim. legat. l. 82. ff. d. Reg. jur.* munerum verò in Baptismo datio consuetudine quasi cogente fiat, imo interdum quis dat, qui nolebat alias dare: accedit, quod sit quodammodo contractus innominatus *Do ut facias*; fiatque propter institutionem & majorem perseverantiam in fide Christiana & in suscepta in Baptismo religione. Verùm respondemus distinguendo inter donationem propriam & impropiam. Illa est mera liberalitas per citatos textus, hæc verò non. Quanquam igitur oblatio hæc munerum in Baptismo, propter consuetudinem, quasi cogentem non possit dici propriè donatio, impropiè tamen est & in lata significatione. Sic Donatio propter nuptias, item Remuneratoria, Donationes vocantur, quamvis strictè loquendo non sint. *l. 2. ff. de donat. l. 19. pr. §. 1. §. pen. §. ult. l. 34. §. 1. ff. eod. §. 3. Inst. eod. Decian. vol. 1. Resp. 3. num. 20.*
Mozz.

Mozz. Tit. de Donat. rubr. de divis. Donat. num. 5. Bocer. de
Donat. cap. 4.

§. 2. Ad causam Formalem pecuniæ Lustricæ pertinet, 2. ut detur à susceptoribus sive Testibus Baptismi. Unde si detur ab aliis quamvis intuitu & contemplatione Baptismi, & propterea quod infans factus est Christianus, donum tamen hoc non propriè pecunia lustrica & usu loquendi, *Gewatter-oder Pather-Geld* dici poterit, sed aliàs Donatio ad pias causas vocari meretur, *Decian. vol. 3. Resp. 1. num. 53.* Susceptores verò aut ipsi in Baptismo præsentés esse & donare solent, aut alios substituere, qui nomine suo hoc officium peragant, aut etiam ipsi infantum Parentes alios eligere solent nomine susceptorum, qui iis insciis, eorum vice fungantur, quando nempe susceptores longius absunt, & per angustiam temporis adesse vel alios suo nomine substituere ipsi nequeunt. Quæritur ergo: si substituti hi pecuniam lustricam quoque dederint, an & quomodo illam à substituente possint repetere? Et quidem quoad illos, qui ab ipsis susceptoribus sunt substituti, distingvendum viderur hoc modo: Aut substituens mandat simul ut pecunia lustrica detur, aut simpliciter tantum petit, ut quis officio susceptoris pro se in baptismo fungatur, daß er an seine Stelle wolle zu Gewattern stehen. Priori casu iterum interest, an mandet certam summam, an verò in genere, ut simul aliquid donet. Si prius accidit, mandatarius sive substitutus dictam summam egredi non debet & ultra illam nil petere potest, *§. 8. Inst. mandat. l. 5. l. 22. pr. & §. 1. ff. eod.* est enim mandatum stricti juris & fines ejus diligenter sunt custodiendi. *l. 5. pr. ff. mandat. cap. cum olim 32. X. de Offic. delegat. Munoz. de Escobar. de Ratiocin. cap. 23. num. 36. Carpz. Decis. 297. n. 19.* Nominatam autem summam, aut usque ad ejus quantitatem, si plus erogabit, rectè petit actione mandati, *d. §. 8. Inst. & l. 4. l. 33. ff. mandat.* Si posterius

E

acci-



accidit, nempe quando quis in genere iussit pecuniam lustralem dare, mandati quoque actio locum habebit, si modo substitutus probabilem modum in ea danda vel eum, quem ipse substituens, vel alij eius conditionis in hoc casu infantibus, talis generis & status, subministrare solent, non excessit. *l. 7. §. 13. ff. de Scto Macedon. l. 3. C. eod. l. 10. ff. de negot. gest. §. 1. in fin. l. 11. ff. eod. l. 12. ff. de pignorat. actio. l. 38. ff. de Rei vindic.*

§. 3. Casu verò illo, quò quis simpliciter tantum petit, ut alius Susceptoris officio in baptismo pro se fungatur, difficilis quodammodo quaestio est. Nobis tamen dicendum, quod eo quoque casu substitutus munera lustralia dare, eaque à substituente repetere possit actione Mandati. Quoniam, cui unum concessum aut mandatum est, illi omnia ea concessa videntur, sine quibus aliud expediri commodè non potest. *arg. l. 2. ff. de Jurisdic. l. 50. l. 62. ff. de procurat. l. 3. §. ult. ff. de servit. prad. rusticor. l. 1. §. 1 ff. si ususfr. detat. Gail. lib. 2. Obs. 68. n. 4. Brunne mann. Comment. ad ff. ad d. l. 2. de Jurisdic. Cothmann. vol. 2. Resp. 57. n. 40. Socin. in Reg. & Fallent. Jur. Reg. 309.* Iam verò consuetudine inveterata receptum est, ut quis facilè Susceptoris personam agere non possit, nisi simul quoque aliquid in Baptismo infanti donet, contra quam consuetudinis quandam quasi necessitatem, substituens agere, voluisse non praesumitur. *Menoch. lib. 3. praesumpt. 57. num. 15.* sed potius videtur illud tacitè principali negotio inclusisse, eoque permissio & mandato hoc simul mandasse. Cum 2. vulgatum sit, quod accessorium sequatur principale & in eo includatur. *cap. accessorium. 42. de Reg. Jur. in 6. l. 8. C. de jure dot. l. 91. §. 5. ff. de legat. 3. Socin. in Reg. & Fallent. jur. Reg. 5. Carpz. Decis. 70. n. 15.* & Dispositio concedens aliquod principale, censeatur etiam concedere id, quod accessoriè venit ad illud principale. *cap. prudentiam. 21. §. si verò X. de offic. delegat.*

ut

ut hoc loco est pecunia lustralis. 3. Quia qui generaliter aliquid mandat, & scit, quid eo negotio coherere, quod simul solet ab omni persona, quæ eo fungitur, expediri & nihilominus de eo tacet, cum possit id prohibere ne fiat, merito consentire in id, ut fiat, censetur, quoniam aliàs prohibuisset. *l. 8. C. de remiss. pignor. l. 2. C. 3. ff. de noxal. act. l. 2. C. d. acquirend. possess. l. 13. §. 7. ff. locat. l. 2. §. ult. ff. solut. matrim. l. 7. ff. d. sponsal. l. 5. C. de nupt. can. qui potest. 8. caus. 23. quest. 3. Paris. lib. 4. Consil. 41. n. 27. Consil. Marburg. vol. 2. Conf. 30. num. 237. Richter. vol. 2. Consil. 188. num. 7. Cephal. lib. 2. conf. 152. n. 95.* Jam verò talis substituens, qui generaliter mandat, ut quis susceptoris officio pro se fungatur, tacet de muneribus his in Baptismo dandis, quæ tamen novit requiri in hoc officio demando. Ergo illa censetur simul mandare & in ea suo nomine danda omnino consentire. Nam sicut is, qui principale sciens & ignorans recipit, in accessoriis sibi præjudicat. *Peck. in Comm. ad Reg. Jur. Canon. Reg. 42 n. 4.* ita vice versa qui principale negotium sciens & non ignorans mandat, neque accessorium excipit, cum tamen potuisset, in accessoriis sibi præjudicare videtur, sibi que imputare debet. quod illud non exceperit. *arg. l. ult. C. de dot. promiss. l. 18. ff. mandat. l. 60. ff. de Reg. Jur.* Accedit 4. quod favor personæ & causæ, propter quem pecunia Lustralis datur, hic concurrat & sic eo magis tacens habeatur pro consentiente, *arg. l. 5. C. de nupt. l. 6. in fin. C. mandas. l. 18. ff. eod. l. 1. §. pen. ff. naut. coupon. stabul. Menoch. lib. 6. presump. 99. num. 29. De Afflict. Decis. 65. Tiraguell. de Privileg. pie cause Privyl. 151.* Imò 5. non magnum hic versetur principalis præjudicium, cum donatio hæc sit modica & satis exigua, sed potius aliquo modo in ipsius commodum vergat, ac proinde facilius mandatam à parte principalis erit admittendum. *Covarruv. Practic. quest. cap. 25. n. 5. in Tom. 2.*



§. 4. Dictam verò nostram Assertionem limitamus, quod nempe principalis substituens pecuniam lultralem dare simul mandasse non censeatur. 1. Si ipse nunquam consvetus fuit pecuniam talem dare. 2. Si ideo alium substituit, ne dare cogatur huic infanti, fortè propter singularem aliquam causam. 3. Si consuetudo sit, ut substituti pro forma, aut dicis causa tantùm aliquid offerant, ne videantur præ aliis susceptoribus esse singulares, quod tamen postmodum repetere solent. Et 4. Si modum observari solitum non exceßerint. Quæ tamen omnia etiam tum demum procedere intelliguntur, si substitutus ea sciverit, aliàs justa & probabilis ignorantia ipsi non nocebit. §. 10. *Inst. de mandat. l. 8. §. 9. ff. de jur. & fact. ignorant.* Neque Obstat 1. quod mandatum sit stricti juris, cujus fines diligentissimè sint custodiendi, ut superius diximus. Respondemus enim, id verum esse in iis, quæ mandato non sunt necessario connexa, & sub eo, tanquam consequens, non continentur, nam aliàs qui vult antecedens, necessariò quoque debet velle consequens, *arg. §. 2. Inst. qui & ex quib. caus. manumitt. pr. Inst. de hered. instit.* Neque 2. quod Donatio semper speciale mandatum requirat, neque sub generali etiam cum libera, uti Doctores quidam distinguunt, contineatur. *l. 28. §. 2. ff. de pact. Nicol. de Passerib. in Concil. L. si unus ff. de Pact. & l. si duo rei ff. de recept. arbit.* Concedimus namque, verum id esse 1. nisi Datio fiat ex justa causa, tum enim simul putatur concessa, probamus hoc aperte ex *l. 7. §. 2. de donat.* ubi dicitur, quod filiusfam. qui liberam peculij administrationem à patre habet concessam, non possit donare, nisi justa causa invadente. Sic hic substituti satis justam donandi existimamus rationem, utpotè necessitate & consvetudine id efflagitante, *arg. cap. ex parte 18. de censib. quæ semper observanda, l. 3. §. 6. ff. de testib.* eumque ab omni culpa excusat, *arg. l. 3. ff. ad SCtum Macedon. Rausbbar. part. 2. quest. 10. n. 64.* 2. Valet id, nisi datio

datio fieri consueverit, & quantitas sit exigua, ut hoc loco, *arg. cap. ceterum 3. X. de donat.* tunc enim administratores etiam donare possunt, *Munoz. de Escobar. de Ratiocin. c. 24. n. 8.* quamvis alias prohibeantur. *Gail. lib. 2. Obs. 72. n. 13.* 3. Id obtinet, si donatio facta sit in damnum, non verò in utilitatem aut commodum aliquod mandantis. *arg. l. 1. §. 1. ff. de tutel. & ration. distrab. Gail. d. lib. 2. Observ. 72. n. 9. & 13.* Jam verò oblatio munerum lustralium potius in commodum aliquod substituentis fuit facta, quam in detrimentum, ut ipsi seruetur honor atq; optima existimatio apud alios, qui secus malè de eo loquerentur, eumq; contemnerent & riderent, dicentes eum esse aut singularem, aut avarum. Ergò illa exigua donatio, quæ videtur detrimentum mandantis asferre, satis compensatur, cum existimationis hac quadam conservatione quæ semel labefactata, pecuniâ vix est redimibilis, cum sit maximum bonorum & omnium preciosissimum. *l. 9. ff. de manumiss. vindict. l. 104. ff. de Reg. Jur. ibiq; Philipp. Martb. in Comment. n. 6.* & lucro maximo præferendum. *26. pr. ff. si quis emiss. caus. testam. Cothm. vol. 2. Respons. 10. n. 48.*

§. 5. Hinc 3. Resolvitur illud, quod mandatarius non possit facere conditionem mandantis deteriore. *l. 3. pr. ff. Mandat. nec ideo fit adhibitus, ut perdat, sed ut negotium gerat, & administret. l. 2. ff. eod.* est enim donare perdere & donatio species quædam dilapidationis. *arg. l. 7. ff. de Donat. l. 25. ff. de probat. consil. Marpurg. vol. 3. Conf. 26. n. 66. Gail. lib. 2. Obs. 72. num. 13.* Nam hoc non adeò fit, in datione pecuniæ lustralis, & si aliquo modo fieri videtur, fit ex evidenti necessitate, & ex præsumpta substituentis voluntate & taciturnitate, cum donationem hanc mandatario poterit prohibere. *l. 26. §. 1. ff. de pignor. l. 2. ff. ad municip. Sande in Comm. ad Tit. de Reg. Jur. in l. 142.* sibi ergò imputet, quod damnum sua culpa sentiat, quod tamen sentire non videtur. *l. 203. ff. de Reg. Jur.*

cap. damnum. 86. de Reg. Jur. in 6. Neque 4. Obstat, quod Donatio non præsumatur, l. 47. de oper. libere. Carpzov. Decif. 144. n. 12. § 13. Richi. vol. 2. Conf. 23. n. 37. ergo quoq; nec substituentem mandato huic donationem munerum lustralium censi includisse. Respondemus 1. hanc præsumptionem ipsi facto esse contrariam, dum substituens tacuit de eo, quod prohibere potuit. 3. Est hic firmitior præsumptio in contrarium, quod eam mandato huic voluerit includere, cum contra receptam & generalem consuetudinem nemo facile peccare velle videatur, sed potius secundum ejus observantiam agere, egregia est hac de re l. 12. § 3. ff. de administr. & peric. tutor. 3. Est hæc Donatio in Baptismo satis modica, qualis aliàs facilius præsumitur. Menoch. lib. 2. de Arbitr. jud. quest. cent. 1. cas. 88. n. 5. Mascard. de probat. vol. 1. conclus. 554. num. 44. 45. § seqq. 4. Facta fuit singularis pietatis gratia. Carpzov. sapius cit. lib. 2. Jurispr. Consist. tit. 17. def. 272. n. 7. qualis quoque facile præsumitur. arg. l. 39. ff. de negot. gest. l. 50. ff. famil. ercisc. Colleg. Argent. lib. tit. 5. tb. 43. Sichard. in Comm. ad Cod. lib. 2. tit. 19. in l. 2. n. 11. Neque obstat 5. quod substituens tantum ea voluerit mandare, quæ ipse absens expedire nequivit, non autem, quæ absens facere potuit, ut est Datio pecuniæ lustralis, quam ipse mittendam sibi fortè reservavit. Respondemus enim rationem juris hoc non pati, ut ea separata & à negotio adempta, in dubio & ubi voluntas contraria non apparuit, videantur, sine quibus negotium principale commodè expedire nequit. Deinde, si vult substituens ipse mittere & substitutus jam addit, nihil refert, quid ex æquipollentibus fuerit factum, l. 3. G. de instit. & substit. ac perinde est, ac si ipse misisset. cap. 72. de Reg. Jur. in 9. & quod jam datum est, non amplius opus est, ut iterum eidem detur. arg. §. 14. In fl. de Action. sed statim usque ad quantitatem exponentam substituto reddi potest. Verùm quid tunc juris, si substi-

tutus

tutus hæc munera, in Baptismo dedit, & ipse substituens quoque mittat, antequam perceperit, jam à substituto esse data? Certè durum quodammodo erit asserere: substitutum ea nihilominus posse repetere à substituente, quoniam hic aperta voluntas est, substituente non mandasse, quamvis non rectè & justo tempore videatur interposita, dum, cum mandaret principale negotium, de donatione hæc tacuit: Et tamen iniquum quoque erit, substitutum damnum ex hoc negotio alieno, unde nullum percipit commodum, sentire. Proinde dicemus potius, substitutum posse postulare eam sibi reddi, ab infantis parentibus pecuniam quoniam illa datio frustranea ac irrita est, utpote ex ignorantia facta. *l. 10. C. de donat. l. 5. ff. de transact. l. 19. pr. ff. de reb. cred. Carpz. Decis. 297. n. 20.* nam non suo nomine substitutus dedit, nec alieno, quo falso putavit se facere, dare potuit. Cæterum, ultimo tandem loco: quando ipsi parentes infantis, substitutum, in scio principali susceptore constituunt, & ille donavit, nulla erit mandati quidem actio, quoniam non accessit ullus principalis consensus tacitus vel expressus. Quia autem ipse susceptor, præsumitur in eum consensisse, si scivisset, non videmus, quid obstat, quin ipsi negotiorum gestorum actionem dare possimus, si rectè & non ultra modum munera hæc Baptismi obulit, §. 1. *Inst. de Oblig. qua ex quas. contract.*

§. 6. Ad Causam Formalem Pecuniæ Lustralis 3. pertinet, ut detur Baptizatis, quales potissimum sunt Infantes. Et profectò, quia jam supra satis prolixè ostendimus, quod infantibus donari possit, jam facilius asserendum putamus, quod regulariter omnis illa pecunia in Baptismo oblata, ipsorum susceptorum voto ac consensu etiam ipsis infantibus & non eorum parentibus donetur, quod asserit *Carpz. l. 2. J. C. tit. 17. def. 272.* ubi in fine hanc sententiam Rescriptio Consistorij supremi Dresdensis approbatam demonstrat, Idque magis evidens est, de iis rebus,

quæ

quæ infantibus conveniunt, ut sunt vestes, lintea & alia cre-
pundia & jocalia ex auro aut argento conflata. *Mascard. de
Probat. vol. 1. conclus. 564. n. 7. Menoch. lib. 3. presump. 26. n. 7.
pres. 27. n. 3.* De aliis quoque, ut puta de pecunia munerata
idem erit iudicium. Nulla enim in hac datione mentio fit Pa-
tris, sed filij tantum baptizati. Nam solet talis pecunia frequen-
ter schedulæ cuidam includi, in qua pia aliqua gratulatio de
Baptismo & filiatione Dei ad infantem directa reperitur, sicq;
offertur. Ad quem igitur gratulatio pertinet, ad eum quoq;
pertinebit id, quod ejus occasione sequitur: quippe ex antece-
dentibus declarantur sequentia, *l. 50. §. fin. de legat. 1. l. 21. §. 1. ff. de
testam.* & ad quem antecedens dirigitur, ad eum quoque con-
sequens, ubi contrarium non apparet, pertinere certum est.
l. 27. pr. ff. delegat. 1. Accedit, quod ipsorum Parentum votum
fit, ut filiis hæc in baptismo donatio fiat, quoniam illi non in
suum, sed unicè in filiorum commodum Paternos eligunt, er-
gò quoque hæc munerum oblatio ab ipsis, non in Parentum,
sed in ipsorum liberorum emolumentum & commodum
redundabit, hisque solummodo facta censebitur.

§. 7. Neque obstat 1. quod Pecunia hæc lustralis contem-
platione Patris, & sic ipsi patri data videatur. *l. 10. §. 6. ff. de
vulg. & pupill. substit. l. 6. ff. de collat. l. 5. §. 1. ff. de jure dot. Gloss.
in l. 6. cum oportet. C. de bon. quæ liber. lit. e. Menoch. lib. 3.
pres. 28. n. 1. Cephal. lib. 5. Consil. 595. n. 1.* ut puta cum nul-
lam affectionem quis possit habere erga infantem *Menoch.
presumpt. dicta. n. 9.* quæ tamen inspicienda est, quando qua-
rimus, cui quid datum censeatur. *Idem d. lib. 3. pres. 26. n. 16.*
Respondemus autem 1. cum *Zasio lib. 2. Sing. intellectu. c. 9.
& Sandeo lib. 3. Decis. Frisco. tit. 5. def. 4.* Sententiam illam,
quod aliquid contemplatione alterius datum, non mihi ac-
quiratur, sed alteri, cujus contemplatione datum, non aded
esse veram, neque eam ex allegatis ab Autoribus Legibus de-
duci

duci posse. Exiis enim hoc tantum colligitur, quod contemplatione mea alteri datum, perinde sit habendum, ac si ipse dedissem uti ex iisdem melius colligunt. *Carpz. part. 2. Jurispr. Forens. const. 25. def. 14. n. 8. & Sichard in Comment. ad Cod. in l. 3. de secund. nupt. n. 6.* neuriquam verò inde sequitur, ergo statim res, contemplatione mea alteri donata mihi acquiritur, quod potius in *l. 7. C. de condict. ob caus. dat.* putat impingere, *Sichard, in dict. Comment. ad Cod. in l. 9. de donat. ant. nupt. n. 7.* sed magis ei acquiritur, cui donatum est, & cui donator, ut acquiritur, voluit, quamvis in donando respectum ad aliam personam habuerit. *Mascard, de Probat. vol. 1. conclus. 564. n. 6.* Et quanquam ad idem recidere videatur, an dicamus contemplatione patris, filio datum, patri ipsi acquiri, vel contemplatione patris datum, à patre ipso datum censerì, quia quod pater dat filio, peculium est profectitium, quod patri nihilominus acquiritur. *Jul. Cler. lib. 2. recept. Sentent. §. Donatio quasi. §. n. 1. Menoch, lib. 3. præsumpt. 29. n. 2.* Dicimus tamen, quod hoc verum sit, si revera filiofam, à Patre aliquid concedatur, idque jure peculii, fictio autem, qualis hic est, non facile statim extendenda est ad acquisitionem, sed tantum remanere debet in terminis à lege positis, quod nempe filiofam. causam hujus donationis debeat ei, cujus contemplatione datum est potissimum cum hoc loco vergat in odium infantum, odiosa autem sunt coarctanda. *cap. odia 15. de Reg. Jur. in Forster. lib. 1. Observ. 25. 2.* Respondemus Negando, quod hic nulla adsit erga infantem affectio, sed solum ea datio fiat intuitu parentum. Oritur enim illa, ipsius Baptismi occasione & contemplatione partim propter cognationem Spiritualem, quæ inter talem infantem & susceptorem contrahitur. *cap. matrim. 4. cap. pen. & ult. X. de cognat. Spirit. cap. nedum. 1. eodem in 6. Vallens. in Paratii, Decretal. lib. 4. tit. n. 5. Covarruv. Rubr. de Matrim. cap. 6. §. 4. n. 2. in Tom. 1. & nihil aliud sic inducere potest pater-*

nam affectionem, quam hujusmodi nexus, per quem Deo mediante, animæ eorum copulata sunt. *l. 26. C. de nupt. cas. ita diligere causa. 30. quest. 3.* partim propter noviter susceptam fidem Christianam, unde quis merito talem infantem amare præsumitur. Leve est 2. quod ipsis parentibus munera hæc Lustralia sæpe tradantur. Nam ipsis traduntur non tanquam propria, sed nomine & loco infantum, ut se illis restituant, qui ob defectum aptæ apprehensionis, traditionis adhuc sunt incapaces, eodem modo ac si procuratori vel tutori res tradatur alieno nomine; quæ non ipsi, sed alteri tamen acquiritur. *l. 30. l. 20. §. ult. ff. de acquirend. rer. Dom. l. 8. C. de acquir. poss. §. 5. Inst. per quas person. cuique acquirit.*

§. 8. Verum, quid si loco pecuniæ Lustricia à Creditore Patris nomen sive Chirographum Patris donetur, anne tunc Patri potius donatum esse censendum est? Et quidem ita dicendum videtur; ne frustra illa donatio fiat, quoniam inter patrem & filium nulla obligatio aut actio consistere potest, §. 12. *Inst. de Oblig. que ex delict. nasci. l. 71. ff. de furt.* Ideoque filio adversus patrem actiones præstare nequeunt. *l. 7. ff. de Oblig. action.* non magis, quam quis sibi cedere aut secum litigare potest. *l. 6. ff. de furt.* Verum, ne tunc quidem Patri datum statuimus. Etenim quamvis statim neque obligatio esse possit neque actio ratione filii, tamen susceptor cessionem hujus obligationis in diem facere videtur, quando scilicet donatarius, jam adhuc infans, liberatus est patria potestate; & intra illud tempus tamdiu requiescit illa obligatio, postea verò reviviscit. Idque verum, quoad actiones utiles, quas filius cessionarius ex sua persona instituere potest *l. 55. ff. de procurat. l. 1. C. de oblig. & action.* Nam directas si consideremus, quas filius habere potest ex persona cedentis, & non sua abjectio hæc minus facit dubii, qui pater tum non obligatus est filio, sed priori creditori cedenti obligatus manet, cujus officibus obligatio

gatio ita inhaeret, ut separari ab eo non possit, *Bachov. ad Treutl. vol. 2. Disp. 19. tb. 5. lit. C.* sed tantum filius tanquam procurator agit, quamvis in rem & utilitatem suam *l. 5. C. de hered. & act. vend. Bachov. cit. loc. & in Tract. de Action. Disp. 4. tb. 3. Sande de Cession. Action. cap. 8. in pr. & n. 6.* Et etiam si hoc ita sese non haberet, limitamus tamen objectam regulam, quod inter patrem & filium non possit esse obligatio, quatenus est scil. filiusfam. *l. 7. ff. de Oblig. & action.* non verò quatenus est paterfam. aut pro tali habetur, ut Militari peculio *l. 4. ff. de judic. l. 2. ff. de Scto Maced. l. 15. § 3. ff. de Castrens. pecul.* quale quoque annon hæc nostra datio lustralis sit, paulò post videbimus. Imò diximus quoque supra, quod ratione studiorum & piæ causæ donatio consistere possit inter Patrem & filium, quæ alias non consistit. *Menoch. lib. 3. præsumpt. n. 1. 2. 3. & n. 85.* ibi enim favor causæ subtilitatem juris meritò excludit. *l. 7. § 13. ff. de Scto Macedon.* quod quin hoc loco etiam applicari possit, nemo non videre potest.

§. 9. Postquam jam quoque vidimus, quod pecunia hæc lustralis infantibus ipsis aut filiisfam. detur, consequens est ut dicamus, eam quoque esse in eorum peculio. Peculium verò filiifam. est vel Paganum vel Militare. Paganum est vel Profectitium, quod filius ab ipso Patre vel ex re Patris tenet; vel Adventitium, quod non ab ipso patre, sed aliunde habet, vel ex donatione vel ex successione. *§. 1. Inst. per quas person. cuiq. adquir.* Militare est vel Castrense, quod nactus est vel in ipsa militia vel occasione militiæ. *pr. Inst. quib. non est perm. fac. testam. l. 1. ff. de Castrens. pecul. l. 1. C. eod. l. 4. C. famil. ercisc.* vel quasi Castrense, quod in togata militia, functione aliqua adquisivit. *§. 6. Inst. de militar. testam. l. ult. C. de inoffic. testam. l. ult. C. qui testam. fac. poss.* Ad quamnam igitur Peculii speciem nostra lustralis pecunia referenda erit?

Videtur nobis eam referri quodammodo posse ad peculium Militare & quidem quasi Castrense. Illud enim, ut diximus, adquiritur ratione militiæ rogatæ. Illa autem est, vel Civilis in specie, ex qua adquirunt sibi Advocati l. 4. *Cod. de Advocat. divers. judicium*. Assessores l. 7. *C. de Assessor. & similis l. ult. C. de inoff. testam.* Vel Spiritualis ex qua Sacerdotes & Ecclesiarum Ministri etiam Cantores & Lectores acquirunt, l. 34. l. 50. *C. de Episc. & Cleric. Nov. 123. cap. 19.* Nam sicut Advocati & alii Republicam domi ab injuriis & malevolorum hominum insidiis defendunt. l. 14. *C. de Advocat. divers. judicior.* ita hi fortiter contra Diabolum pugnant, & precibus nobis Deum conciliant. *can. si officia 2. Dist. 59. can. reprehensibile 19. caus. 23. quest. 8. Sibarid. in comm. ad Cod. in l. 4. famil. ercisc. n. 3. Brunnem. ad. Cod. in d. l. 34. de Episc. & Cleric.* Cum igitur hæ personæ non alia de causa, quam propter spirituales militiam, omnia quæ ratione & intuitu ejus adquirunt, vel ipsis donantur, jure quasi Castrensis peculii teneant; Quidni quoque infantes, quibus pecunia lustralis propter aliquam etiam militiam, contra Satanam, mundum & propriam carnem datur, illam peculii quasi Castrensis jure haberent? Ubi enim est Causa, ibi effectus sequi solet; nisi jus eum impediatur vel ratio sana. *Carpz part. 4. Jurispr. Forens. Const. 14. de. 5. n. 4.* quod hic fieri non videmus, & ubi eadem est ratio, ibi debet esse eadem juris dispositio l. 32. ff. ad L. Aquil. l. 19. *C. de SS. Eccles. Menoch. cons. 324. n. 10. Klock. de contribut. cap. 13. sect. 2. num. 64.* Non obstat, quod eo modo tota nostra vita dicenda sit militia, & omnia, quæ donantur, essent quasi Castrensis, & quasi militaria, quod tamen absurdum. Respondemus namque; quod quanquam concederemus omnem nostram vitam esse talem militiam, non tamen inde statim possit deduci hæ conclusio; nam non omnis donatio propter talem fit militiam, sed propter variam aliam causam, jam verò notum, quod causa, propter quam aliquid datur, faciat ut sit vel peculium Paganum vel militare. l. 11. ff. d. *Castrensis. Pecul.* Si igitur alicui Christiano propter hanc causam quid donaretur, ut esset in fide Christiana alacer, & fortiter in ea pugnaret, non absurdum tunc censemus, talem donationem pro quasi Castrensis peculio haberi; quod eo magis autem procedere videtur hic in iis, qui primum talem militiam ineunt, ut incitentur eo major studio ei incumbere, qualis procul dubio sunt infantes baptizati.

§. 10. Tandem ad causam Formalem pecuniæ lustralis 4. quoque spectat, ut detur vel in Baptismo, quod communiter & frequenter fit, vel ratione ipsius Baptismi. Hinc, si etiam post Baptismum à susceptore

ptore quædam dentur, vel adhuc in infantia, vel in adultiori ætate, ratione tamen Baptismi & suscepti sui muneris, merito ea lustralis pecuniæ jure ac nomine venire debent. E contrario, quamvis susceptor aliquid det, non ratione & intuitu Baptismi, sed propter aliam causam, fortè propter bene merita, jure pecuniæ lustricæ & nomine id non gaudebit. Præsumi verò regulariter videtur, illud quod à susceptore datur, ratione Baptismi datum esse, idq; magis certum est, si detur in infantia, ubi verisimile est nulla merita, aut aliam, quam ex Baptismo affectionem adesse. *Menoch. lib. 3. præf. 28. n. 9. Mascard. de Probat. vol. 1. concl. 560. n. 12.* Ex dictis apparet, quod Donatio hæc sit ob piam causam, partim quia in Baptismo, & ratione Baptismi, quæ maximè pia causa est, datur; partim propter incitamentum ad Christianam orthodoxam Religionem & omnia honestarum disciplinarum exercitia eo diligentius transgenda, quæ omnia quoque maximopere sunt favorabilia & pia. *l. 50. ff. de famil. ercisc. Mey. ad Jus Lubec. part. 2. cit. 1. art. 7. n. 18. Wesenbec. part. 1. conf. 26. n. 42.* ita ut Legum latores maxima & penè innumera iis contulerint privilegia. *Auth. habita C. ne fil. pro patr. Benius de Privileg. priviil. 1.*

CAPUT QUINTUM.

De

EFFECTIBUS ET CONTRARIIS.

§. I.

HActenus nunc satis morati sumus in enodanda causa Formali; restat adhuc ut videamus de Effectibus pecuniæ lustricæ & de Contrariis. Effectus verò ejus varii sunt, quorum quidam jam in superioribus capitibus propter connexitatem contextus sunt tractati, quidam adhuc tractandi restant, 1. Effectus in eo consistere videtur, quod pecunia hæc lustralis pleno jure, tam quoad proprietatem, quam quoad usum fructum ad infantem pertineat, & pater in ea nihil juris habeat, ita ut libere de ea disponere possit, neque illam conferre cogatur; est enim, uti superiori capite probavimus, in peculio quasi Castrensi, quod talem habet naturam. *Nov. 117. cap. 1. l. 6. pr. C. de bon. quæ liber. l. 1. §. 15. ff. de collat. bonor. l. 21. C. eod.* Neque hoc solum, sed de ea quoque potest testari, & pertinebit ad eum, quem heredem relinquit, habetur enim filiusfam. in Militari peculio pro patrefam. *§. fin. Inst. de milit. testam. pr. Inst. quib. non est permiff. fac. test. l. 2. ff. ad SCtum. Maced. l. 1. §. 6. ff. ad SCtum Trebell. l. fin. C. de in offic. testam. qualem*

F 3

Lex

Lex 12. Tabularum ad Testamenti facionem requirit. l. 1. 120. ff. de verbor. signis. Arum. Exirc. 7. lb. 6. Forster. quest. Decad 8. q. 4.

§. 2. Alius 2. Effectus est, quod infantes ratione hujus pecuniæ tacitam habeant hypothecam in bonis parentum. Etenim cum pater in hoc quasi Castrensi periculo nihil præter administrationem habeat, & solum tanquam legitimus tutor sit; pupilli verò in bonis tutorum suorum tacitam habeant hypothecam. l. 20. C. de administr. tutor. quidni quoque eodem modo liberis hæc in bonis talium administratorum, parentum scilicet eandem concedamus hypothecam. l. 6. §. ult. C. de bon. que liber. Munoz. de Escobar. de Ratiocin. cap. 39. n. 1. §. 2. Mozz. tract. de Contract. tit. de Pignor. & hypoth. rubr. de subdistingt. pignor. n. 3. §. 7. Negusani. de Pignor. & Hypoth. membr. 4. part. 2. n. 13. §. seqq. Hinc merito ratione hujus pecuniæ infantes sive liberos in concursu creditorum inter hypothecarios esse collocandos, Carpz part. 2. Jurispr. Forens. Conf. 14. def. ult. atque etiam præjudicio quodam confirmat. Quæri verò 3. poterit, an pecunia hæc lustralis quoque probet aliquem Baptismum accepisse? Et certè si notum & certum est, pecuniam esse lustralem, necessariò id affirmandum est, quoniam ea Baptismum semper præsupponit, nec sine illo esse potest.

§. 3. Quamvis 4. pecuniæ lustricæ datio ad substantialia Baptismi non pertineat, Carpz. lib. Jurispr. Conf. tit. 17. def. 172. num. 1. ad solennitatem tamen aliquam ejus, licet accidentalem pertinere videtur. Num verò exigi à susceptore pecunia hæc poterit, si ipse non dedit, quæritur? Et distingvimus, num ille in Baptismo aliquam pecuniam promiserit, an verò non, sed planè nullam neque dederit neque promiserit. Priori casu exigi ab eo utiq; poterit, non quidem propterea, quod ad solennitatem Baptismi pertinet, sed quoniam fuit promissa, cui promissioni lex assistit, ut inde fiat pactum legitimum & nascatur conditio ex lege. l. 35. §. 1. C. de donat. §. 2. Inst. cod. l. un. ff. de condit. ex Leg. Posteriori autem casu, nihil exigi posse censemus. Quamquam enim consuetudo velit, ut talis munerum in Baptismo oblatio, observetur; unde quoque Donatio hæc non est planè libera, non vult tamen præci, sè sub necessitate, sed sub honestate; Idque maximè verum quoad quantitatem certam. Nam pudori & liberalitati tantum cujusque eam relinquit, non secus ac obligatio naturalis. l. 7. §. 4. de pact. l. 25. §. 2. l. 92. §. 4. ff. de Solution. l. 84. §. 1. ff. de Reg. jur. quæ si quis non curat, sermones hominum & sinistra conjecturas non immeritò incurret. Neque obstat, quod consuetudo hæc donandi sit pia, cujus ratio

ratio semper habenda *l. ff. de obseq. parent. & patron.* Respondemus enim, quanquam ejus ratio semper haberi debeat ratione honestatis & pudoris *d. l. 84. §. 1. ff. d. l.* non tamen ratione necessitatis & quoad coactionem, nam non omne, quod quis pietatis ratione facere debet, præcisè facere cogitur *l. 5. §. 2. & 4. & 13. ff. d. agnoscend. & alend. liber.* & multa, etsi honestè præstentur, non tamen ex obligatione, sed ex liberalitate procedunt. *l. 12. §. 3. ff. de administ. & peric. tutor. l. ult. C. de dot. promiss. vid. Colleg. argent. lib. 23. tit. 3. ib. 5. n. 3.* Imò, quanquam laudabilis, uti hæc est, consuetudo non sit immutanda, *cap. ad Apostolicum 42. X. de Simon.* nulli tamen dubitamus, quia magistratus ex justa causa, si forte nimii abusus inde oriantur, aut profanatio Baptismi, hunc donandi morem planè abrogare possit, nam rationes, quæ eum sustinent, ut non sint immutabiles & perpetuæ, sed positivæ, ita quoque lege positiva, abrogari poterunt.

§. 4. Querimus 5. An in datione pecuniæ lustralis requiratur Insinuatio, si illa excedat 500. solidos, uti in aliis Donationibus *l. 36. §. 2. C. de donat. §. 2. Inst. cod. Sichard. Tom. 2. Conf. 48. n. 2. Gabriel. 3. conclus. 1. n. 1. Ceph. lib. 2. Consil. 194. n. 2.* Et videtur dicendum quod non, quoniam donatio hæc est favorabilis, & uti diximus ad piam causam; quales donationes, etiamsi excedant summam 500. solidorum, non tamen insinuationem requirere Auctores plurimi statuunt. *Jul. Clar. l. 4. recept. sent. §. Donatio q. 17. n. 1. Gabriel. d. lib. 3. conclus. 1. n. 28. & Alii apud eum allegati.* Verum potius statuimus, non omnes donationes favorabiles & ad pias causas statim valere sine insinuatione, sed tantum eas, quæ ad piissimas causas factæ sunt & ab Imperatore specialiter denominatæ, quibus singularis privilegij instar, propter exuberantiam favoris & exclusionem fraudis, insinuandi necessitas est remissa, uti sunt illæ, quas Princeps facit, vel quæ Principi fiunt, quæ fiunt pro redemptione captivorum, pro restitutione ædium incendio vel ruina consumptarum *l. 34. pr. p. l. 36. pr. §. 1. & 2. C. de donat.* unde privilegium hoc strictissime est intelligendum, neque ad causas similes, uti quidem apparet extendendum. *cap. porrò 7. X. de privileg. l. 35. pr. C. de inoffic. testam.* Cæteræ verò donationes etiam ad pias causas omninò requirunt insinuationem, etiamsi Ecclesiæ vel civitati fiant. *d. l. 34. §. 1. l. 35. §. ult. C. de donat. l. 19. C. de SS. Eccles. Carpov. part. 2. Jurispr. Forens. const. 12. def. 13. Consil. Marpurg. vol. 1. cons. 12. n. 41. Gomez. Tom. 2. variar. resolut. c. 4. n. 10. Bocer. de donat. cap. 3. num. 69. & seq.* quamvis enim magnus harum

harum sit favor. *l. fin. C. de SS. Eccles. cap. auditis. 3. X. d. integr. restit.* tamen, cum hæc insinuationis sollicitas propter utilitatem publicam introducta sit, ut fraudibus, que intervenire possunt, occurratur. *l. 37. C. de donat. Mozz. tract. de contr. tit. de Donat. Rubr. de substant. donat. n. 7.* merito quoque in iis invenire debet. *Harprecht part. 1. Disp. 18. th. 20.* Ac proinde cum nec hæc nostra lustralis donatio ad eas specia- liter exceptas causas reduci possit, omninò dicendum, quod illa insinua- tionem quoque requirat, quia & in ea fraus interdum intervenire potest.

§. 5. Illud. 6. dubium non est, quin hæc donatio in Baptismo pro- pter supervenientiam liberorum possit revocari. *arg. l. 8. C. de revoc. do- nat. can. ita diligere cas. 30. quest.* Quod tamen verum putamus, si donatio hæc est magna & consuetam summam in Baptismo aliàs dari solitam excedat, non verò si est parva & intra solitos terminos consistat, nam priori casu militat præsumpta voluntas susceptoris donantis, qui si de liberis tunc cogitasset, nunquam tantam summam infanti huic do- nasset. *Carpz. l. 5. tit. 7. Resp. 43. n. 2. Jul. Clar. lib. 4. recepti sent. §. Donatio, quest. 22. n. 1. & 5. Covarruv. tom. 2. lib. 1. var. resol. cap. 19. n. 12. Perez. in Prælect. ad Cod. in tit. de revocand. Donat. n. 18.* posteriori verò illa ratio cessat, quoniam etiamsi vel maximè de liberis tunc cogitasset, om- ninò tamen propter consuetudinem aliquid dedisset. *Gabriel. lib. 3. concl. 2. n. 43.* De illo autem adhuc ultimo loco videndum, an mutata Religione secundum cuius ritum infans quis fuit baptizatus, & in qua susceptor eum diligenter educare in Baptismo vel expressè, ut in mul- tis locis, vel tacitè promissit, pecunia hæc lustralis repeti possit? ita om- ninò dicendum putamus, quoniam sicut in omni donatione donantis voluntas & intentio est spectanda: *l. 3. ff. de donat. l. 6. C. de condict. ab caus. dator. argum. Carpz. part. 2. Jurispr. Forens. Const. 12. def. 39. n. 1. & 2. Paseth. consil. 118. n. 8. Cephal. d. lib. 3. conf. 440. n. 44. Ma- nent. consil. 81. n. 4.* qua ratione etiam donationem contemplatione ingrediendi religionem, ea non secuta, & factam contemplatione ma- trimonii, eo non inuito, revocari tradit. *Idem Manent. conf. 51. num. 1. & seqq.* Et hæc sunt, quæ de hac materia disserere volui- mus, lubentissimè secuturi meliora docentes.

SOLI DEO

Sit Laus, Honor & Gloria.

15943


00 A 6340

ULB Halle 3
002 925 400


17 17







I. N. J.
DISPUTATIO JURIDICA,
DE

PECUNIA LUSTRICA,

Vulgò

Bevattern-Geldt /

Qvam

DEO CLEMENſER ADJUVANTE
CONSENSU MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS
IN INCLYTA UNIVERSITATE ROSTOCHIENSI,
PRÆSIDE

VIRO Magnifico, Nobilissimo & Excellentissimo,

DOMINO

D. GEORGIO RADOVIO,

Jcto ac Antecessore famigeratissimo, Universitatis

hujus p. t. Rectore, Jurid. Facult. Decano, & Nobi-
lissimor. Statuum Provinc. Mecklenburg,

Syndico meritisimo,

DN. PATRONO ac PRÆCEPTORE semper de venerando,

Publicè proponit

JACOBUS Lembke / Rostoch.

In Auditorio Majori ad diem 22. Februarij

Anno 1702.

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Univerſit. Typogr.